

cem, Actorem, & Reum. At vero necessitate causativa quatuor personas necessarias esse, nempe, Judicem, Actorem, Reum, & Testes, in qua specie intelliguntur jura contraria. 2. Testes enim non sunt necessarii præcise, sed ad effectum, ut actor obineat: nam actor non probante, Reus absolvi debet. (a) 3. Sine testibus enim, & probationibus Judicium, & sententia tenent. (b) Et hanc interpretationem ad prædicta jura tradit Decius, (c) & nemine relato, eam sibi vendicari Didacus Perez. (d) Quæ tamen interpretatio ad text. in dicto cap. 1. 4. quæst. 4. sublineri nequit: confunditur enim ex verbo, *Necessè* ibi positum, quod respicit omnes personas ibi descriptas sub una determinatione, & sic pariformiter terminari debet. (e) Ideoque sicut Judex, Actor, & Reus sunt necessarii necessitate præcisa, ita & eodem modo Testes.

Quamobrem aliter prædicta difficultas potest intelligi, scilicet, quod quamvis Judicium sit actus trium personarum in Judicio contententium, non tamen inde sequitur, testes non contententes adesse non posse in Judicio, secundum Basianum; (f) quæ tamen interpretatio displicet Ripæ, quia arguit prædictam definitionem defectivam esse, ut optimè pungit Ripa. (g) 4. Vel verius intelligi potest text. in dict. cap. 1. 4. quæst. 4. Nempe, quod ibi non definitur Judicium à Fabiano Summo Pontifice, sed solummodo improbetur quidam abusus, quo utebantur Orientales, scilicet, quod Accusator, & aliquando Judex fungebantur munere testium in probandis criminibus, cum tamen deberent necessario testes esse distinctæ personæ ab Accusatore, & Judice. Quo circa Summus Pontifex ibi præcipit, quod si Testes fuerint producendi in Judicio, Judex, vel Accusator vicem testium supplere non possint, sed quod quatuor personæ distinctæ debent adesse. Qui intellectus apprehenditur ex Architypo (b) idemque observandum erit in Judicio Civili, quando Actor pro-

bare debuerit, quod asseveraverit. (i) Ex quo intellectu deducitur, tres personas de substantia Judicii necessarias esse, *Judicem, Actorem, & Reum*, ut supra resolvimus: 5. Cæterum Testes non esse de substantia, sed ex accidenti, quando producendi fuerint, quo casu eadem necessitate præcisa debent esse distincti à Judice, & ab Actore: & in hunc sensum est accipiendus, text. in dict. cap. 1. 4. quæst. 4. & in dict. cap. *Forus*. Et ita communiter Præceptores Universitatis Salmantinae interpretantur, quæ interpretatio planè deprehenditur ex cap. *Nullus* introductio 4. quæst. 4.

6. Officium Actoris est, *intendere, objicere, & expetere*. 7. Qui in omnibus causarum discussionibus prior habetur, & in jure præponitur, cum ipse sit, qui causam movet, (j) ejusque officium voluntarium est. (k) Et regulariter omnis potest esse Actor, qui prohibitus non reperitur, ut tradit Speculator in tit. de *Actore*, n. 1. 8. Qui ante litem movendam attendere debet ea, quæ continentur in principio, Tit. 2. Part. 3. Ut laboribus partium, & expensis parcatur, & suæ conscientiæ consulatur.

9. Officium Rei est, *intentata refellere, & petita negare*, & officium ejus explicatur in Proœmio, tit. 3. Part. 3. (l) Et ad hos duos colligentes accedit Judex intermedius: cujus officium est, utrumque Actorem, & Reum æquis, & benignis auribus audire, alterum damnans, alteri verò justitiam adjudicans. (m)

10. Testium officium est, *intentionem partium probare, & Processus instruere*, de quibus dislerendum erit infra in Octavo Tempore viæ ordinariæ in I. Part. Tom. I. Sunt & aliæ personæ, quæ in Judicio interveniunt ad instruendos Processus, & lites, ut *Procurator, Advocatus, & Tabellio*, de quibus in sequentibus erit agendum.

EX

(a) Leg. *Actor*, Cod. de *Probat.* cap. unico. *Ut Eccles. benefici.* & in cap. fin. de *Jurejurand.*

(b) Secundum Azonem in *Summa*, Cod. de *Judiciis*. Et *Barcol.* in leg. *Proleta* definiuntur, Cod. de *Sentent. & interlocutio*, & in leg. *Per hanc*, Cod. de *Temporibus appellat.* Alexand. in consil. 105. num. 4. lib. 5. Panormit. in cap. *Afferte*, de *Presumpt.* Decius in consil. 294. volum. 1. num. 11. & 12. Et *Felin.* in cap. *Ecclesia*, n. 24. de *Constitutione*.

(c) In Rubric. Extra de *Judiciis*, 2. lectura, num. 3. *Ubi Berouus*, num. 27.

(d) In Rubric. tit. 1. lib. 3. *Ordinament.*

(e) In leg. *Jam hoc jure*, ff. de *Viol.*

(f) In Rubric. de *Judic. col.*, 2. Relatum à Ripa ibi, nu-

mer. 42.

(g) Ubi supra.

(h) In 2. epitola Fabiani ad Episcopos Orientales, col. 6. pag. 115.

(i) Juxta text. in dict. leg. *Actor*.

(j) Ut in dict. cap. 1. IV. quæst. 4. & in dict. cap. *Forus*, §. *Omn.*

(k) Ut in rub. & nig. Cod. *Ut nemo invidios agere*. Et notat D. Franciscus à Sarmiento, lib. 1. *Selectarum*, cap. 2. num. 1.

(l) Et est videnda regula, cum *sunt partium*, junctæ sua Gloss. de *Regul. Jur.* in 6. & in leg. *Favorabiliores*, ff. de *Regul. Jur.* Et notat Sarmiento, ubi supra.

(m) Juxta text. in leg. *Inter litigantes*, ff. de *Judic.*

EX IV. ANNOTATIONE.

SUMMARI A.

1. **D**efinitio Procuratoris ponitur. Procurator dicitur, qui aliena negotia de mandato domini administrat.

2. Procurator in rem propriam improprie dicitur Procurator.

3. Disposita in Procuratore ad lites non procedunt in Procuratore in rem propriam.

4. Procurator qui negotia aliena de mandato domini gerit, duplex est, unus ad lites, & alter ad negotia.

5. Procurator ad lites ante litem contestatam non potest alium substituere, nisi mandatum habeat cum clausula de substituendo.

6. Procurator datus post litem contestatam à domino, non potest alium substituere, nisi specialiter hoc in mandato continetur.

7. Procurator ad lites tenetur comparere in Judicio, cum mandato domini sufficienter instructus, aliàs Processus reddetur nullus, nec domino prejudicabit.

8. Judex compellere potest Procuratorem, ut mandatum ostendat, etiam partem non petente.

9. Procurator hodie in Judicio non est audiendus, prius quam exhibeat sufficiens mandatum, à tergo manu Advocati subscriptum.

10. Judex debet esse munitus cautus, ut in primis faciat sibi ostendi mandatum in scriptis redactum.

11. Mandatum Procuratorium de jure probari sufficeret per Testes; tamen de communi Praxi, & stylo Judiciorum probari potest per instrumentum.

12. Mandatum non probatur presuntivè ex allegatione diuturni temporis.

13. Instrumentum mandati in Judicio produci debet, nec sufficit, quod Tabellio de eo fidem faciat in Processu.

14. Judex ante omnia inspicere debet, an mandatum sit sufficiens.

15. Mandatum speciale in quibus casibus requiratur, traditur remisivè.

16. Processus gestus cum Procuratore generali in causis requirentibus speciale mandatum, nullus est, etiam si Procurator datus sit generaliter ad omnia, quæ speciale mandatum exigant.

17. Procurator datus cum libera administratione, expedire potest omnia, quæ speciale mandatum requirunt, nisi in his quæ solent asserere grave damnum domino.

18. Clausula: Cum libera administratione, in mandatis potius ex abusu, & stylo Notario-

rum, quam ex voluntate domini solet apponi.

19. Mandatum specialiter concessum ad aliquas lites, vel negotia non comprehendit majora, vel graviora expressis; quamvis adjecta sit clausula: *Y para en todos mis negocios, y Pleytos, que tengo, y espero tener, &c.*

20. Syndicus constitutus ad certa negotia mandatum speciale requirentia, & generaliter ad omnia, donare, vel renuntiare non potest.

21. Procurator constitutus contra certam personam in certa causa, & in omni alia intelligitur contra eandem, & non aliam.

22. Mandatum contra unum, & contra alios non includit illo digniores.

23. Mandatum concessum cum clausula: *Y para en todos mis negocios, y Pleytos, que he, y tengo, y espero haber, y tener.* Solummodo includit lites presentes, & ex jure de presenti ortas, non tamen futuras, nisi dependenter ex litibus de presenti.

24. Spes, & sperare proprie dicitur, quando est spes probabilis ex aliqua causa de presenti.

25. Mandatum contra Titium cum clausula generali: *Contra quælibet personas, &c.* Non comprehendit Universitatem, Civitatem, aut Collegium, nisi specialiter exprimantur.

26. Procurator ad lites constituendus debet esse major 25. annis, nec minor potest.

27. Mutus, surdus omnino, exul, bannitus Procuratores constitui non possunt.

28. Criminosus de erimine accusatus Procurator constitui non potest.

29. Plures accentur à munere Procuratorio, remisivè.

30. Procuratores esse prohibentur Clericis, & Monachi.

31. Procurator in Audientia Regis nemo potest esse, nisi prius examinatur, & sit ex numero illius Audientia.

32. Procurator nemo potest esse in illo Tribunali, in quo certus numerus Procuratorum deputatus fuerit, nisi ex eis sit.

33. Procuratores plura hodie tenentur observare, remisivè.

34. Prælatus Ecclesia absque mandato Capituli Causas Ecclesie agere potest, nisi essent arduæ.

35. Vicarius perpetuus Ecclesie pro sua Vicaria agere potest absque mandato Rectoris.

36. Prælatus Ecclesie in casibus, in quibus potest agere Causas Ecclesie sine mandato Capituli, potest ipse solus Procuratorem constituere.

37. Quæ persona in Judicio pro aliis comparere possint sine coram mandato, remisivè.

38. Judex, cum primum viderit Processum gestum absque mandato, non debet illum illus-

forum iudicare, sed inquirat prius de illo mandato.

39 Mandatum ad validitatem Processus sufficit offerri, etiam post conclusum in causa.

40 Procurator datus ad preparatoria, tenetur dominum defendere in preparatis.

41 Procurator primæ Instantiæ, non tenetur dominum defendere in secunda Instantiâ, quamvis à sententiâ lata in prima Instantiâ teneatur appellare.

42 Procurator nedom debet jurare in animam sui domini, verum etiam in animam sui ipsius.

43 Procuratoris officium de jure Civili vile est, non vero de jure Canonico, & num. 47.

44 Procurator officium Advocati exercere non potest.

45 Procuratoris officium à Principe concessum mobile est.

46 Procuratoris officium hodiè in tribunaliis, ubi certus numerus deputatus est, nobile censetur, cum à Principe concedatur.

47 Procuratoris officium de jure Canonico mobile est, nec infamis potest illud exercere.

48 Nobilitas utens officio Procuratoris, etiam non concessa à Principe, privilegia nobilitatis non amittit.

QUARTA ANNOTATIO.

DE PROCURATORE.

I. Colligantes aliquando in Judicio comparant personaliter, sponte, vel inviti, ut puta, quando citati sunt, ut in propria persona compareant: aliquando verò in Judicio per alios comparant, ut per Procuratorem, & idque aliqua de Procuratore erunt ad notanda, & in primis, quod Procurator dicitur ille, qui aliena negotia mandato domini administrat. (a) Unde constat, Procuratorem in rem suam improprie dici Procuratorem, 2. cum potius rem propriam, quam

(a) Juxta text. in l. 1. ff. de Procurat. & l. 1. ti. 5. part. 3. num. 1. Et in leg. Qui stipendia, Cod. de Procurat. Et ibi Bald. num. 1.

(c) In Praxi Judic. §. 28. cap. 4.

(d) Juxta text. in cap. 1. §. Licet, & §. fin. de Procur. in 6. (e) Ut in leg. Quod quis, juncta glossa. l. ibi, & in leg. Neque Tutor. Cod. de Procurat. & in dict. cap. 1. §. Licet, eod. tit. in 6. & in leg. 1.9. tit. 5. part. 3. Et Petrus Racha in Praxi Causarum civilium, cap. 5. num. 1. r.

(f) Juxta glossam in cap. 1. §. 1. verb. Ab eo, de Procurat. in 6. Et firmant Bart. & Angel. in leg. Nihil, Cod. eod. Et Gregor. Lup. in leg. 1.9. tit. 5. part. 3. Ubi predicta opinio probari videtur, & si oppositam teneant plures relati à Gregor. ibi, verb. Si primeramente.

(g) Ut probat text. in leg. Si Procurator, Cod. de Procurat. in cap. 1. Extrâ cod. tit. & in cap. Venerabilis, de Dolo, &

alienam agat. (b) 3. Quo fit disposita in Procuratore ad lites, non habere locum in Procuratore in rem propriam, ut resolvit Afinius. (c)

4. Et Procurator, qui negotia aliena mandato domini administrat, duplex est, unus ad lites, alter ad negotia. 5. (d) Procurator enim ad lites, de quo in nostro proposito, ante lites contestationem nequit alium substituere, nisi mandatum habeat cum speciali clausula substituendi. (e) 6. Est tamen advertendum, quò si dominus prius fuerit litem contestatus, & deinde Procuratorem constituit, quod tunc Procurator non poterit alium substituere, nisi specialiter hoc in mandato contineatur. (f)

7. Et lite Procurator ad lites, nomine alieno in Judicio comparans, tenetur cum mandato domini sufficienter instructus comparere, alioquin processus erit nullus, nec Procurator poterit domino præjudicium inferre. (g) 8. Ideoque receptum est, Judicem ex suo officio Procuratorem compellere posse, ut mandatum ostendat, ne postea Judicium illusorium reddatur secundum Glossam. (h) Quam opinionem testatur magis communem Decius. (i) Quamvis contrarium tenuerit Imola. (j) Sed prior communis, jam hodie comprobata est jure novissimo hujus Regni in leg. 3. tit. 2. lib. 4. Recopil. & leg. 5. tit. 1. lib. 3. Recopil. ubi statuitur, 9. quod quando Procurator in Judicio comparuerit nomine alterius, prius quam audiatur, debeat ostendere, & producere sufficientes mandatum, & à tergo manu Advocati subscriptum, ut si postmodum insufficientis apparuerit, & ex eo processus annullandus venerit, Advocatus teneatur solvere expensas in lite factas.

10. Ideoque Judex debet esse multum cautus, ut in primis faciat sibi ostendi mandatum in scriptis redactum, 11. licet enim de jure communi sufficeret mandatum procuratorium per testes probari, secundum Glossam. (k) In praxi tamen receptum est, mandatum pro-

curatorem, Et ibi notat Card. & est leg. 10. tit. 5. part. 3.

(b) In cap. 1. verb. Absentia, de Elect. in 6. Et eam tanquam notabilem, & singularem sequuntur Bald. in leg. Exceptionem, num. 7. Cod. de Probat. Panorm. in cap. Causamque 1. num. 3. de Judic. Et Alex. in leg. Licet, num. 6. & 7. Cod. de Procurat.

(i) In cap. Causamque, 1. de Judic. num. 2. & ibi Barb. col. 7.

(j) In cap. Cum in jure peritus, de Offic. Deleg. Cujus opinionem communem dicit Felin. in dict. cap. Causamque, col. 2.

(k) In cap. 1. verb. Porritorius, Extrâ de Procurat. Quam ibi commendat Joan. de Imola, n. 4. Idem tenet glossa, fin. in leg. Maritus, Cod. de Procurat. Doctores in leg. Non solum, §. Qui alieno, ff. de Procurat. Et omnes communiter ex Juss. in leg. 1. n. 67. Cod. eod. tit. & Boer. in decif. 281. n. 1.

probari per Instrumentum, & non per testes, secundum Joannem Andræam. (l) Et ita stylo Judiciorum observari, testatur Gregor. Lupus, (m) & Didacus Perez, (n) idque satis aperte disponitur in dict. l. 3. tit. 2. lib. 4. Recop. 12. Quo fit non sufficere, diuturnitatem temporis allegare, ad probandum præsumptivè mandatum, secundum Baldum. (o)

13. Quinimo non sufficere, si Tabellio fidem in processu faceret, Procuratorem mandatum habere, imò requiritur, quod Instrumentum ipsius mandati in Judicio producat. (p) In tantum quòd non sufficeret. Si Tabellio diceret; prout apparet in mandato procuratorio coram me antea confecto, de quo fidem facio, (q) & ita in praxi observandum est: tamen Fulgosius (r) contrarium teneat, & eum sequatur Jasso ibi contrarius. Et probatio hujusmodi mandati incumbit Procuratori asserenti, se mandatum habere. (s)

14. Itaque Judex in primis inspicere debet, an mandatum sit sufficiens ad expeditionem illius causæ, & an in ea speciale mandatum requiratur, 15. & que negotia mandatum speciale exigant, tradit Glossa, (t) & triginta & octo causas mandatum speciale exigentes congerit Philippus Francus, (u) & septuaginta tres cumulat Firmianus, (x) in quibus causis mandatum generale non sufficit; 16. alioquin processus gestus cum Procuratore generali nullus erit: ideoque Procurator generaliter constitutus ad omnia, que speciale mandatum exigant, non poterit pacifici, tran-

sigere, juramentum deferre, in integrum restitutionem petere, neque alia; que speciale mandatum exigunt; (y) 17. nisi mandatum concessum sit cum libera administratione, nam Procurator cum libera administratione expedire poterit omnia, que speciale mandatum exigant. (z) 18. Quòd tamen non procedit in his, que solent afferre grave damnum, & præjudicium domino mandanti, propter abutum Notariorum, qui potius ex eorum stylo, quam ex mandato, & voluntate domini prædictam clausulam: Cum libera, &c. apponere solent. (a)

19. Præterea inspicere debet, an mandatum sit specialiter concessum ad aliquas lites, vel negotia: nam licet post modum sequatur clausula conficta apponi; scilicet: T para en todos mis negocios; y pleytos; que tengo, &c. non comprehendit majora, vel graviora, quam in ipso mandato sint expressa: quia in quibuscumque dispositionibus receptum est, quòd clausula generalis capiat restrictionem ab his, que specialiter præcellerunt, secundum Barbatum. (b) Quamvis contrarium sentiat Glossa. (c) Et quod in mandato procuratorio clausula generalis capiat restrictionem ab his, que specialiter præcellerunt, efficaciter probat text. in Clem. 2. de Procurat. ex ratione ibidem præscripta, que cum sit generalis, non restringitur ad exemplum. (d)

20. Ex quibus Alexander (e) consiluit, Syndicum constitutum ad certa negotia, mandatum speciale requirentia, & generaliter ad

(l) In Additionibus ad Specul. tit. de Procurat. §. Ratione, n. 2. super lit. A.

(m) In leg. 2. tit. 5. part. 3. in glossa. 1.

(n) In leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordinarum. col. mihi 893. in fin. Et Petrus Racha in sua Praxi Causarum Civilium, cap. 5. n. 13.

(o) In leg. 2. n. 2. verfic. Quero quid fit dominus, Cod. Si ex falsis instrum. Et Bald. in leg. 1. Cod. de Rebus alienis non alienari. Aymon Craveta de Antiquit. temp. 2. part. n. 46. Et omnes communiter ex Balbo de Præscript. 1. part. 3. part. 3. cap. 10. n. 30. Et ex Decif. Pedamont. 175. n. 4.

(p) Secundum Angel. in leg. Si donationem. Cod. de Donat. & in leg. 2. Cod. de Testam. & in leg. Sciend. ff. de Verbor. sign. Et Alexand. in consil. 6. n. 8. lib. 4.

(q) Secundum Angel. ubi supra. Quem sequitur Jass. per text. ibi, in Authent. Si quis in aliquo, num. 7. Cod. de Edict. Et Boer. in decif. 281. n. 3. Et Avil. in cap. Prætor. cap. 15. n. 23.

(r) In consil. 181.

(s) Secundum Panorm. in cap. Coram, n. 6. & 9. Felin. n. 8. de Offic. Deleg. Et Panorm. in cap. 1. n. 3. de Procurat.

(t) In cap. Qui ad agendum, de Procurat. in 6. glossa in cap. Coram, de in integrum restitut. verb. Mandatum. Et notat Covarr. lib. 1. Variar. cap. 6. n. 2. glof. in leg. Illud, §. fin. ff. de Minorib. glof. in leg. Si quis mihi bona, §. Sed utrum, verb. Specialiter, ff. de Acquir. hered. glof. in §. Præterea, insit. de His per quos ag. poss.

(u) In dict. cap. Qui ad agendum.

(x) In suo Repertor. verb. Mandatum.

(y) Per text. in dict. cap. Qui ad agendum. Quem explicat Covarr. lib. 2. Variar. cap. 5. n. 8. Ad idem est text. in leg. Mandata generalia, ff. de Procurat. & leg. 1.9. tit. 5. part. 3.

(z) Ut in dict. cap. Qui ad agendum, & in leg. Transactum, Cod. de Transact. & in leg. Procurator cui generaliter, ff. de Procurat. & in leg. 1.9. tit. 5. part. 3. Notat Bald. in leg. Illud, ff. de Minorib. Et Jass. in leg. In debitam, ff. de Cond. indeb. Et Covarr. lib. 1. Variar. cap. 6. n. 3. verfic. 5.

(a) Secundum Angel. in leg. Licet, col. 1. Cod. de Locat. Bald. in Rubric. Cod. de His, que in fraud. credit. Panorm. in cap. 1. Ut lite non contestata, n. 28. Molinæum in Consuetudinibus Parisiensibus, tit. 1. §. 10. q. 3.

(b) Et Gregor. Lup. in leg. 1.9. tit. 5. part. 3. verb. Quando, & verb. Qualiter. Villalpand. in leg. 22. tit. 1. part. 7. 3. part. 3. quæst. 12. n. 61. Et Covarr. in Rubric. de Testam. 2. part. n. 14. & in lib. 1. Variar. cap. 6. n. 3. verfic. 5.

(c) In cap. Sedes, n. 158. Et ibi Felin. col. 7. verfic. Quinta declarat. Post Anton. de Butr. ibi, Extrâ de Rescript.

(d) Ibi, verb. Majores. Et late probent Imol. n. 6. Panorm. & Dec. n. 7. post Innocent.

(e) Argum. leg. Regula, §. Et licet, ff. de Jur. & fact. ignor. Et ita in mandato procuratorio agnoscunt Dec. n. 8. & Felin. n. 3. in dict. cap. Sedes. Quidquid ibi repugnarent Panorm. & Imol.

(f) In consil. 22. lib. 1. n. 8. & 9.

reliqua omnia, specialiter mandatum exigentia, non posse donare, vel renuntiare, quia hæc sunt graviora expressis. 21. Similiter procurator constitutus contra Titium in certa causa, & in omni alia, intelligitur contra eundem, & non alium. (f)

22. Pari modo mandatum concessum contra Titium debitorem, & contra alios, non includit digniores, ut optime advertit Anania. (g) 23. Consequitur etiam mandatum concessum cum clausula: *Para en todos mis negocios, y pleitos, que yo tengo, y espero haber, y tener, &c.* Solum comprehendere lites presentes, & ex jure de presenti ortas, non tamen lites futuras, quæ ex jure de futuro post mandatum concessum orientur. (h) Quod verum est, nisi lites future dependent ex libris de presenti. (i) Nec his obstat illa clausula: *Que espero haber, y tener, &c.* nam redigenda est ad lites futuras dependentes ex jure de presenti, non vero de futuro, & inferatis, ad quas nullum jus de presenti habet: 24. Spes enim, & sperare dicitur proprie, quando est spes probabilis ex aliqua causa de presenti. (j)

25. Consequitur deinde, quod mandatum concessum contra Titium, & cum illa clausula generali: *Para contra qualesquier personas, &c.* non comprehendit Universalitatem, Civitatem, & Collegium, nec sufficiens erit ad litigandum cum illis, dummodo generaliter Universalitas, Civitas, vel Collegium non exprimitur: Procurator enim datus contra omnes personas, non comprehendit Universalitatem, vel Collegium. (k)

26. Insuper inspicendum erit, an Procurator ad lites constitutus major sit viginti quinque annis: quia nemo ante illam ætatem constitui debet, (l) 27. Nec etiam Mutus, Sur-

(f) Secundum Rom. in singulari. 155. & Dec. consil. 502. n. 9. part. 4. consil.
(g) In dict. cap. *Sedes*, n. 3. contr. Ancharr. in cap. 2. de *Rescriptis*. in 6. In quam rem faci gloss. Ordinaria, in cap. fin. verb. *Specialiter*. de *Procurat.* in 6.
(h) Secundum gloss. in leg. *Dammis infestis*, §. *Si is, qui, ff. de Dammis infestis*, gloss. in leg. *Omnium*, verb. *Dantur*, ff. de *Procurat.* Ubi Bartol. & alii Angel. in §. *Præter*, n. 33. Insist. de *Except.* Felin. in cap. *Relatum*, n. 8. de *Offic. Del. Legat.*
(i) Secundum Joann. Andr. in *Addit.* ad *Speculatore*, tit. de *Procurat.* §. *Ratione autem*, num. 11. super liter. *C. Quem sequitur* Gregor. Lup. in leg. 13. tit. 5. part. 3. verb. *Sobre tal mio*, &c.
(j) Juxta text. cum gloss. leg. *Spem*, Cod. de *Donat. leg. Propter spem*, ff. *Familie erecisc.* Bart. leg. *Post emancipat.* §. 1. n. 2. & 3. ff. de *Liberat. legat.* Tiraq. in leg. *Connub.* fol. 131. n. 27.
(k) Secundum Archid. in cap. 2. de *Rescriptis*, in 6. Ubi Joan. Andr. & Dominic. col. 3. Bald. in *Authent. Item quemcumque*, Cod. *Episc. & Cleric.* Et Felin. cap. *Eam te*, n. 15. de *Rescriptis*.

cus omnino, Exul, Bannitus constitui poterunt Procuratores, (m) 28. nec Criminofus, (n) dummodo de crimine capitali fuerit accusatus, (o) 29. nec alii, de quibus

In Leg. *Nec famina*, ff. de *Procurat.*
In Leg. *Plaet*, Cod. de *Episcop. & Cler.*
In Leg. *Absente*, &
In Leg. *Militem*, Cod. de *Procurat.* &
In cap. *Post concessionem*, de *Probat.* &
30. In cap. 3. *Ne Clerici, vel Monachi*, &
In Leg. 5. tit. 5. Part. 3. &
In Leg. 7. tit. 25. lib. 4. *Recopil.*

31. Nec hodie in Audiendis Regalibus poterit quis fungi officio Procuratoris, prius quam examinetur à Præsidente, & ab Auditoribus, & sit ex numero Procuratorum illius Audiencie, (p) 32. nec in aliis Tribunalibus Inferioribus (ubi certus numerus Procuratorum deputatus est) poterit unus pro alio intervenire, juxta Provisiones Regias, quas habent illi, qui ex numero sunt. 33. Et plura quæ hodie teneantur observare Procuratores, præscribuntur in tit. 16. & 24. lib. 2. *Recop.*

34. Erit tamen advertendum, quod Prælati Ecclesiæ absque mandato Capituli poterit causam ipsius Ecclesiæ agere, ut sentit Glossa, (q) & hanc esse communem opinionem testantur Panormitanus, (r) & Augustinus, (s) rejecta Glossa. (t) Quorum glossarum opinio salvari poterit in casu arduo, in quo mandatum Capituli necessarium esset. (u)

35. Pari modo Vicarius Perpetuus cujuslibet Ecclesiæ pro sua Vicaria agere poterit, sine mandato Rectoris. (x) 36. Imo in omnibus casibus, in quibus solus Prælati poterit esse in Judicio pro sua Ecclesia, absque mandato Capituli, poterit ipse solus Procuratorem constituere, absque consensu Capituli. (y) 37. Et quæ alia personæ possunt pro aliis, absque

co-
(f) Ut probat text. in leg. *Minor*, ff. de *Procurat.* cap. *Quæ generaliter*, §. fin. de *Procurat.* in 6. l. 1. tit. 5. part. 3.
(g) Juxta text. in leg. 2. leg. *Mutus*, ff. de *Procurat.*
(h) Ut leg. *Reum*, Cod. de *Procurat.*
(i) Ut in dict. leg. 5. tit. 5. part. 3. & ibi Gregor. Lup.
(j) Ut inquit text. in leg. 1. tit. 24. lib. 2. *Recop.*
(k) In leg. *Sit Præter*, verb. *Aliationes*, ff. de *Jur. delib.* Et firmat Innocent. in cap. *Edocteri*, n. 4. de *Rescriptis*.
(l) Num. 6. & Felin. n. 2. in dict. cap. *Edocteri*.
(m) In cap. *Ex literis*, n. 45. de *Probat.*
(n) In cap. *Inter dilectos*, de *Fide instrum.* & gloss. 1. in dict. cap. *Edocteri*, & gloss. penult. in cap. 1. de *Procurat.* & gloss. 1. in cap. *Contingit*, de *Transact.* & gloss. in cap. *Causamque* 1. de *Jud.*
(o) Secundum Panorm. & Andr. Barb. n. 31. in dict. cap. *Edocteri*.
(p) Secundum Panorm. in cap. G. *perpetuus*, n. 2. de *Fide instrum.* & si gloss. 1. ibi contrarium vult.
(q) Secundum communem ex Abbate, in dict. cap. *Edocteri*. Et ibi Barb. num. 49. per text. in dict. cap. *Peit.* de *Procurat.*

eorum mandato in Judicio comparare, traditur in leg. 10. tit. 5. Part. 3. ubi eleganter Gregorius Lupus resolvit.

38. Cæterum si Judex inspexerit, processum gestum fuisse per Procuratorem, nec de mandato domini in processu constitit, non debet statim sententiam proferre, declarando processum ex defectu Procuratoris illusorium esse, sed prius intelligat, an Procurator ille mandatum sufficiens habuerit: & si invenerit quod habuerit, debet ei præcipere, ut illud exhibeat, & in processu producat: 39. nam ad validitatem processus sufficit mandatum quandoque offerri, etiam post conclusum in causa. (z) Et ita in praxi meminisse observari, in causa cujusdam amici.

40. Rursus advertendum erit, quod Procurator constitutus ad præparatoria, tenetur defendere dominum in præparatis, (a) 41. non tamen Procurator primæ Instantiæ tenetur defendere dominum in secunda Instantia, quamvis à sententia lata in prima Instantia teneatur appellare. (b)

42. Denique adverte, quod Procurator nedum tenetur jurare in animam domini, verum etiam in animam sui ipsius, alias haberet locum poena, cap. fin. de *Juramento calumn.* quia ipse ita calumniari potest, sicut dominus. (c) Et ita in fine cujuslibet petitionis præjudicialis dicitur: *E juro en forma de De-recibo, en anima de mi parte, y la mia.*

43. Ultimo adverte, officium Procuratoris vile esse, (d) 44. ideoque Procurator non poterit officium Advocati exercere, (e) 45. tamen, si officium Procuratoris à Principe esset concessum, nobile esset, ut resolvit Rebuffus, (f) quia habens officium à Principe, dicitur dignitatem habere. (g) 46. Unde cum hodie officium Procuratoris à Rege concedatur in Tribunalibus, ubi certus numerus deputatus est, existimo ibi officium nobile esse, 47. De *Jure tamen Canonico* est, officium nobile, & ita illud non potest exercere infamis.

(*) Secundum Rotam novam 145. n. 2. in fin. & antiquam 247. Et Felin. in cap. *Sufficitus*, n. 15. de *Rescriptis*. Et Yanium in *Tract.* de *Nullitate sententiarum* ex defectu mandati, n. 116. & *Specul.* tit. de *Procurat.* §. *Ration. legitur*, n. 18. & 19. & probat leg. 16. *Styl.*
(*) Secundum Bartol. per text. ibi, in leg. *Qui proprii*, §. *Item queritur*, ff. de *Procurat.*
(b) Ut in leg. *Ancitus*, C. de *Procurat.* Et tenet Bartol. ubi supr. Et Navarr. in *Rubric. Extra de Judic.* n. 5.
(c) Secundum Rotam Antiquam 1. sub tit. de *Juram. calum.* & eod. tit. in *Novis*. dec. 1. gloss. in *Authent. Principales*, verb. *Migraverit*, Cod. de *Jur. jurand.* propter *calum. dam.* gloss. cap. 2. 1. verb. *Ab ipsi*, de *Juram. calum.* in 6. Angel. §. *Non admoneat*, col. 1. n. 6. Insist. de *Pœna venere* *litig.* Et Belam. in cap. *Cum in caus.*, n. 4. de *Juram. calum.*
(d) Ut probat text. in leg. *Si quis procuratorum*, Cod. de

(b) Et ita est tenendum, quod etiam Petrus Racha novissimè (i) contendat omni *Jure* Officium Procuratoris ad lites nobile esse. (*) (j) Verum licet hoc Officium à Principe non esset concessum, & per consequens vile esset, nihilominus tamen, si aliquis nobilis eo utatur, non privabitur nobilitatis privilegiis, quo ad contributionem, tributorum, ut optime resolvit Covarruvias in *Pract. Quæst.* (k) etiam Additionator Abbatis (l) contrarium teneat.

Plura alia de Procuratoribus videnda erunt in *Speculatore*, tit. de *Procuratore*, & apud *Manuferum* in sua *Pract. tit. de Procuratore*, & in toto tit. 5. Part. 3. & in tit. 25. lib. 2. *Recopil.* & apud *Lustianos*, lib. 1. *Ordinatio-num*, tit. 88. & tit. 50.

EX V. ANNOTATIONE.

S U M M A R I A.

- 1. **A**dvocati in jure dicuntur postulant-tes.
- 2. Postulare quid sit declaratur.
- 3. Advocatus officium laudabile est, & Advocatus, quæ observare debeat, ut munere suo digne fungi dicatur, traditur.
- 4. Advocatus debet esse modestus in sermone.
- 5. Advocatus verboso, & proccaciter loquenti pena suspensionis ab officio imponi potest.
- 6. Advocatus debet esse veracissimus, tam in verbis, quam in scriptis.
- 7. Advocati non possunt esse infideles, heretici, excommunicati, infames, Procuratores.
- 8. Advocati non possunt esse minores decem & septem annis, nec famina, nec alii.
- 9. Advocatus priusquam Officium Advocationis incipiat, habere debet peritiam utriusque juris, & experientiam negotiorum, nec sufficere, solam experientiam habere.

C
Ad-
Decur. lib. 10. & in §. fin. *Instit.* de *Except.*
(*) Secundum gloss. leg. *Generali*, Cod. de *Tribunalibus*. 10. Et tradit Bart. in leg. 1. Cod. de *Prim.* lib. 12. Bald. in leg. *Senatoris*, lect. 1. ff. de *Senator.* Juss. in *Rubric.* Cod. de *Procurat.* Et Tiraq. in *Tract.* de *Nobilit.* cap. 29. n. 13.
(f) In *Constitut.* Reg. Gall. *Tract.* de *Sentent.* *exec.* gloss. 14. n. 3. pag. 422. Et Boer. in *quæst.* 222.
(g) Juxta text. in leg. *Nemo*, Cod. de *Dignit.* lib. 12.
(h) Ut cap. 1. 3. *quæst.* 7. not. gloss. in cap. *Cum deputati*, de *Jud.* Et ibi Panorm. n. 6. Et latius in cap. *Impe-rat.* n. 9. de *Juram. calum.* ubi alterit distinguit.
(i) In sua *Praxi Causarum Civil.* cap. 5. n. 19.
(j) Et vide Cavale. in *decis.* 47. n. 3. cum seq. ubi late agit de *Officio Procuratoris*, & *Tabellionis*.
(k) Cap. 19. n. 7.
(l) In cap. *Cum deputati*, n. 6. de *Jud.*

10 *Advocatus qui absque juris peritia, & negotiorum experientia officio se ingerit, mortaliter peccat.*

11 *Advocatus pro spatium quinquennii operam juris prudentia dedisse, necesse est.*

12 *Ad Advocationis officium admittendus debet esse hodie graduatus in Jure Canonico, vel Civili.*

13 *Gradus Baccalaureatus per quinquennium, & aliud brevius spatium in nonnullis Universitatibus acquiritur.*

14 *Lex Regia Recopilationis solummodo requirit, ut quis possit esse Advocatus, quod graduatus sit in Jure Pontificio, vel Casareo.*

15 *Advocatus non debet esse, qui prius non fuerit examinatus, & approbatus à Praefide, & ab Auditoribus Regiis in suis Audientibus, vel à Judicibus Tribunalium Inferiorum, postusque in matricula Advocatorum.*

16 *Advocatus in principio sui officii, & quolibet anno juramentum praestare debet, quod bene exercebit suum officium.*

17 *In Tribunalibus Inferioribus de consuetudine non observatur, quod Advocatus examinatur, & juramentum praestet.*

18 *Advocatus summe curare debet in exordio litis, quod sua pars veritatem facti narret, & quod narrationem facti in scriptis à parte recipiat, & ibi quare id facere debeat.*

19 *Advocatus, relatione facti sibi à parte facta, interrogare debet, an probationes actionis, vel defensionis habeat.*

20 *Victoria causa ex probationibus pendet.*

21 *Advocatus semper studere debet, ad decisionem, & defensionem sua causa.*

22 *Jus Regni Castella in decisionibus causarum qualiter observari debeat.*

23 *Causa in Regno prius decida debent per Pragmaticas Regias, post promulgationem legum novae Recopilationis.*

24 *Pragmatica ante novam Recopilationem edita sunt abrogata per leges ejusdem Recopilationis.*

25 *Pragmaticis non existentibus, causa prius decidenda erunt per leges novae Recopilationis.*

26 *Lex nedum corrigitur per legem posteriorem tempore, verum etiam per posteriorem in ordine, quando de die promulgationis non constat.*

27 *Prior pars legis per posteriorem corrigitur.*

28 *Quando dubitatur de tempore promulgationis legis, & de loco situationis ejus, quid sit observandum, remissive traditur.*

29 *Lex priori loco sita majori aequitate nitens, preferri debet in observatione legi*

posteriori loco sita.

30 *Causae in Regno decidenda erunt per leges Fori, vel Styli, deficientibus Pragmaticis, & legibus Recopilationis, dummodo leges Fori, & Styli ratione nitantur, & in usu, & observantia sint.*

31 *Alleganti pro se legem Fori, vel Styli incumbit onus probandi illam Legem in usu esse.*

32 *Praxis, & forma articulandi, & probandi leges Styli in usu esse, traditur remissive.*

33 *Stylus, & Forus quid significent, & in quo differant, traditur remissive.*

34 *Foro legum generali derogatur per municipale.*

35 *Leges Partitarum in decidendis causis sunt observanda in defectum pragmaticarum, legum Recopilationis, & Fori, vel Styli.*

36 *Deficiente Jure Regio, recurrendum erit ad jus Canonicum, & non ad Civile in causis decidendis; & in Foro Ecclesiastico deficiente Jure Canonico, ad jus Regium erit recurrendum.*

37 *Advocatus postquam exacte intellexerit, suum clientulum justam causam habere, illam tuendam suscipiat.*

38 *Advocatus nunquam debet clientula victoriam causa repromittere.*

39 *Advocatus nullo modo suscipere debet injustam causam protegendam, alioquin si sciens susceperit, mortaliter peccat, & ad restitutionem damni adversarii, & restitutionem expensarum sui clientuli tenetur.*

40 *Advocatus, qui à principio litis intellexit, suum clientulum justam causam habere, si ex post facto iniquam esse cognoverit, statim deserere debet, cautè tamen absque periculo sui clientuli: alius ad damnum, & expensas tenetur, etiam si suis clientulis infert, ut ejus causam injustam defendat.*

41 *Advocatus tuta conscientia non potest consulere suo clientulo, quod cum adversario paciscatur, quando intelligit causam clientuli iniquam esse.*

42 *Advocatus an in causa dubia patrocinari possit, remissive.*

43 *Advocatus ad damni restitutionem tenetur adversario, quando per cavillationem, vel aliam fraudem justam causam abstulit eidem, vel aliud gravamen intulit: & de Jure Regio arbitrio Judicis est suspendendus ab officio.*

44 *Advocatus propter negligentiam, vel imperitiam amittens causam justam sui clientuli, mortaliter peccat, & ad interesse sua clientulo tenetur cum duplo, quando jactabat*

se

se peritum, cum non esset, & clientulus imperitiam ejus ignorabat: si vero eam sciret ex solo dolo, & lata culpa teneretur.

45 *Advocatus causam sui clientuli summa fidei defendere debet.*

46 *Advocatus jura, & arcana sui clientuli revelans parti adversa, ad quid teneatur, docetur.*

47 *Advocatus non debet favere parti adversae, etiam in secunda Instantia.*

48 *Advocatus in stipendio, & mercede debet esse equus, & honestus: nam licet possit vendere justum patrocinium, non tamen plus debito exigere debet.*

49 *Advocatus, etiamsi absque revolutione librorum patrocinium praestet, illud vendere potest.*

50 *Advocatus pro modo litis, & laboris, & fori consuetudine mercedem exigere debet, alioquin plus debito exigens mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur.*

51 *Advocatus tuta conscientia percipere potest gratis oblatum ultra salarium à lege taxatum, quod an hodie verum sit, stante lege Regia, declarat Auctor.*

52 *L. 19. tit. 16. lib. 2. Recopil. prohibens Advocatis, ultra salarium à lege taxatum aliquid etiam ultrò oblatum percipere, novè declaratur, quando tempore ministerii illud datum esset.*

53 *Advocatus, finito ministerio, sponte datum ultra salarium taxatum recipere potest.*

54 *Circumstantia temporis facit presumi aliquid datum gratis esse, vel in fraudem prohibitionis simulatè.*

55 *Prohibitum dare, vel accipere aliquid pro aliqua re non censetur prohibitum dare, seu gratis oblatum suscipere, quia cessant verba, & mens prohibitionis.*

56 *Circumstantia temporis, & quantitatis muneris dati, vel qualitatis personarum arguit, spontè oblatum simulatè conceptum esse in fraudem prohibitionis.*

57 *Interpretatio vera, cap. Si quis objecerit l. quæst. 3.*

58 *Interpretatio text. in cap. fin. l. q. 3.*

59 *Interpretatio text. cap. 1. de Simon. cap. Statutum, §. Insiper, de Rescript. in 6. cap. Statuentes, de Censibus, in 6. Decreti Concil. Trident. sess. 21. de Reform. cap. 1.*

60 *Levitas muneris dati suadet potius ex*

amicitia, & benevolentia, quam pro ministerio gratis datum esse.

61 *Circumstantia temporis, personarum, & quantitatis muneris dati consacrari debent ad judicandum, an gratis oblatum sit, an simulatè in fraudem prohibitionis.*

62 *Intellectus l. 8. tit. 6. lib. 3. Recopil. & l. 5. tit. 9. lib. 3. Recopil. & l. 1. tit. 27. cap. De los Derechos, versic. Y mandamos, que los dichos Escrivanos, lib. 4. Recopil.*

63 *Advocatus olim cum clientulo non poterat pacisci de quota litis pro mercede sui laboris: hodie verò vigesimam partem percipere potest in Consilio Supremo Regio, & in Audientibus Regiis, dummodo non excedat summam triginta mille marapetorum, & in Tribunalibus Inferioribus non debet excedere medietatem illius summa.*

64 *Advocatus non potest aliquid percipere nomine palmarum, & victorias.*

65 *Advocatus tenetur praestare gratis patrocinium pauperibus, ubi stipendium publico non est constitutum Advocatis ad causas pauperum.*

66 *Advocatus in libellis non debet citare jura, & leges, sed solummodo narrare factum cum rationibus.*

67 *Advocatus non debet patrocinari contra aliquam legem expressam hujus Regni.*

68 *Advocatus inquirere debet à Tabellionibus, Procuratoribus, & à variis expertis de stylo Audientia in qua patrocinatur.*

QUINTA ANNOTATIO.

DE ADVOCATO.

I. **A**dvocati in jure dicuntur postulantes, **(a)** 2. postulare enim nihil aliud est, quam jus alicujus, & legitimam causam expressis demonstrationibus ostendere, firmis rationibus comprobare, statutis, & legibus in Judicio tueri, atque defendere: quod omne proprium Advocatorum est, uti constat ex definitione Jurisconsulti, **(b)** 3. quorum Officium laudabile est, **(c)** & qui dignè hoc munere fungi velit sequentia observare debet.

4. Primo ut bonis moribus praeditus sit, ideoque debet esse modestus in sermone, juxta illud Eccles. 28. Aurum, & argentum tuum confusa, & verbis tuis fac scelerum, & ori tuo franos rectos, &c. 5. alioquin Advoca-

C 2

(a) Juxta text. in leg. 1. §. Postul. ff. de Post.

(b) In leg. 1. §. Postulare, ff. de Postul.

(c) Juxta text. in leg. Laudabile, Cod. de Advoc. divers. 7. ad.

& in cap. Quia Episcopus §. quæst. 3. Tradit Cagnol. in Re-
pet. leg. 2. ff. de Orig. jur. n. 11.

cato verboso, & procaciter loquenti imponi potest poena suspensionis ab officio. (d) 6. Veracissimusque debet esse, tam in verbis, quam in scriptis, nec falsas leges, aut correctas allegare debet, quia incidet in poenam falsi. (e) 7. Et ob defectum bonitatis plures arcentur ab officio advocacionis, ut puta infideles, Haeretici, Excommunicati, Infames, Procuratores, & alii; (f) 8. Pari modo ob defectum naturalem, vel corporalem ab huiusmodi munere prohibentur, nempe feminae, minores 17. annorum, caeci, & alii. (g)

9. Secundo observet etiam Advocatus, quod priusquam ad exercitium advocacionis accedat, habeat peritiam utriusque juris, & experientiam negotiorum, idque verisimilibus conectoris cognoscat, nam non sufficit experientiam causarum habere, (h) 10. alias enim si absque ulla iurisprudentia, & negotiorum experientia se ingerat officio advocacionis, a mortali culpa immunis non erit, ut eleganter docet Soto: (i) 11. quocirca spatium quinquaginta annorum debet operam dare Jurisprudentiae, (j) 12. & ita hodie debet esse graduatus in Jure Canonico, vel Civili. (k) 13. Unde cum gradus Baccallaureatus per quinquennium in hac Universitate Salmantina, & per aliud brevis tempus in nonnullis aliis acquiratur, non requiritur in Advocato studium decem annorum, prout requirebat Pragmatica 58. fol. 64. Regum Catholicorum: 14. quia hodie praedicta leg. 1. Recopil. solummodo requirit, Advocatum graduatum esse, Nec obstat dict. Pragmat. 58. nam jam cum aliis ante Recopilacionem conditis est abrogata, ut constat ex Pragmatica posita in initio

Recopilacionis. 15. Quinimo Advocatus debet esse examinatus, & approbatus a Praefide, & ab Auditoribus Regiis, vel a Judicibus Inferiorum Tribunalium oponique debet in matricula Advocatorum: aliter enim non poterit munus exercere; (l) 16. debetque in principio sui officii, & quolibet anno juramentum praestare, de bene exercendo suum officium, (m) 17. Sed licet hoc de jure verum sit, tamen de consuetudine, apud Tribunalia Inferiora, hodie Advocatus, nec examinatur, nec juramentum praestat.

18. Tercio observet deinde Advocatus, quod in exordio litis curet, quod sua pars facti veritatem narret, cum ex facto jus oriatur, (n) relationemque facti in scriptis recipiat subscripita manu propria clientuli, ne postmodum clientulus dicat, causam amissam fuisse culpa sui Advocati: quia non allegavit juxta narrationem facti, (o) 19. Qua relatione sic suscepta, debet interrogare suum clientulum, an probationes suae actionis, vel defensionis habeat, 20. ex quibus victoria causae pendet, (p) deficiente enim probatione, & ipsum jus corruit, (q) 21. & si clientulus asseveraverit, suae intentionis probationes habere, tunc Advocatus semper operam juri dabit in revolvendis libris, & allegationibus praelegendis ad decisionem, & defensionem causae sui clientuli, (r) 22. Et circa observantiam juris hujus Regni, Advocatus considerabit frequentia; 23. primo quod causae debent prius decidi per Regias Constitutiones, quae vulgo Pragmaticae dicuntur post novam Recopilacionem conditae: nam cum sint noviores, praeponuntur. (s) 24. Pragmaticae enim ante praedictam

tam Recopilacionem conditae jam sunt abrogatae per eandem, ut constat ex Pragmatica posita in principio Recopil. 25. Si vero nulla Pragmatica condita sit post praedictam Recopilacionem, tunc causae decidi debent per leges illius Recopilacionis, ut dispositum est in dict. Pragmatica posita in initio Recopil. & in leg. 3. tit. 1. lib. 2. Recopil. 26. Circa quod Advocatus consideret, legem nempe corrigi per posteriorem tempore, ut diximus, verum etiam per posteriorem in ordine illius libri Recopilacionis, si de die prolationis non apparuerit. (t) 27. Consideret etiam Advocatus, priorem partem legis per posteriorem corrigi. (u) 28. Et si forsitan aliquando dubitaretur de loco, & tempore, tunc erit observandum quod resolvit Albericus, (x) 29. Quod autem de posteriori loco dictum est, obtinebit, nisi lex priori loco sita majori aequitate nitatur. (y)

30. Caterum, si nec Pragmaticis, nec legibus Recopilacionis negotium decidatur, tunc causa terminanda erit per leges Fori, vel Styli, (z) dummodo leges illae irrationabiles, vel juri hujus Regni contrariae non sint, & in usu, & observantia, constet, eas leges esse in casibus in Judicio agitatis, (a) 31. & alleganti pro se legem Fori incumbit onus probandi, talem legem esse in usu receptam, secundum Rodericum Suarez in Proemio Fori, (b) 32. & ita in praxi observari testatur Suarez, ubi supra, quo in loco ponit modum, & formam articulandi, & probandi legem illa Fori esse in usu: & ibi limitat duobus modis hanc resolutionem. Idemque observandum esse circa leges Styli resolvit Rodericus Suarez. (c) 33. Et quid significant Forus, & Stylus, &

qualiter inter se differant, explicant Bartolus, (d) Gregorius Lupus, (e) & Glossa. (f) 34. Advertendum tamen erit, Foro Generali derogari per Municipale. (g)

35. Et si Advocatus non invenerit negotium decisum praedictis juriibus, ut supradictum est, tunc recurrere debet ad leges Particularium, quae observandae erunt in defectum supradictorum juriuum, juxta text. in leg. 3. tit. 1. lib. 2. Recopil. & in dict. Pragmatica sita in principio Recopilacionis. 36. Deficiente autem Jure Regio, recurrendum erit ad Jus Canonicum, & non ad Jus Civile: & e converso in Foro Ecclesiastico, deficiente Jure Canonico, recurrendum erit ad Jus Regni, ut elegantè resolvit Palacios Rubius. (h) 37. Si vero negotium sit extraordinarium, Advocatus requirit in Repertoriis Doctorum, ante omnia attendendo ad ea, quae ponuntur in princ. tit. 2. Part. 3. & demum, si exacte cognoverit, suum clientulum justam causam fore, tunc Advocatus observet, ut illam tuendam suscipiat: 38. caveat tamen, ne ei repro mittat victoriam causae. (i) 39. Alioquin si intellexerit causam sui clientuli iniquam, & a jure, & ratione remotam, & alienam esse, nullo modo protegendam suscipiat. (j) Qui vero sciens, & prudens injustam causam defendit, mortaliter peccat, & ad resurrectionem damni, quod passus fuerit adversarius, & restitutionem expensarum, quas suos clientulus fecerit, tenetur: quia qui ad malum cooperatur ejusdem est iniquitas, atque ipse, qui facit, juxta illud Pauli ad Roman. 1. *Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui faciuntibus consentiunt*, & cum illud peccatum

(a) Secundum gloss. in leg. *Ex ea*, ff. de *Posul.* Commendatam a pluribus relatis per Rebuff. in Repet. leg. unic. n. 3. Cod. de *Senent.* Quae pro eo, quod interest facit, leg. 7. & 12. tit. 6. part. 3.

(b) Juxta leg. fin. ff. ad leg. *Cornel.* de *Fals.* & leg. 1. §. *Hanc igitur*, Cod. de *Jussinian.* Cod. *Consim.* Not. Bartol. leg. *Omnes populi*, num. 68. de *Juss.* & jur. leg. 1. tit. 7. part. 7.

(c) De quibus in leg. 1. cum suis §§. ff. de *Posul.* & in leg. 5. tit. 6. part. 3.

(d) De quibus in dict. leg. 1. ff. de *Posul.* & in leg. 15. & 30. tit. 16. lib. 2. Recop. & leg. 7. tit. 25. lib. 4. Recop. Tradit Damhoud. in sua Praxi, cap. 96.

(e) Secundum Bart. in leg. 1. §. *Posul.* ff. de *Posul.* Quem sequitur Montalv. in Repertor. Legum Regni, verb. *Advoc. et* gloss. in dict. §. *Posul.* verb. *Exponere contrarium vel.*

(f) Lib. 5. de *Juss.* & jur. quest. 8. art. 2. in fin. Et Navarr. in Manual. Hispano, & Latino, cap. 25. num. 28. versic. 1.

(g) Ex text. in Proem. Digestor. §. *Duob.* & in leg. *Juvenus*, §. *Ne de cetero*, & ibi gloss. verb. *Per statut.* Cod. de *Advoc. divers.* *Jud.* gloss. in leg. 1. §. *Advocat.* verb. *Quoque*, ff. de *Variis*, & extraordinar. *cognit.* Bartol. in 1. *Constit.*

titione Codicis, col. 1. & omnes Doct. in leg. 1. Taur.

(k) Juxta text. in leg. 1. tit. 16. lib. 2. Recop.

(l) Juxta text. in leg. 1. tit. 16. lib. 2. Recop. Et antea de jure communi erat decisum in leg. *Nemini licere*, Cod. de *Advocatis divers.* *Judic.* cui convenit. leg. 13. tit. 6. part. 3.

(m) Juxta text. in leg. 2. tit. 16. lib. 2. Recop.

(n) Ut in leg. *Si ex plagis*, §. *In civ.* ff. ad leg. *Acquil.* leg. 4. tit. 16. lib. 2. Recop.

(o) Ita disponit. 14. tit. 16. lib. 2. Recop.

(p) Juxta text. in leg. *Duo sunt Titii*, ff. de *Testim. tutel.*

(q) Ut in cap. *Plenique* 2. quest. 7.

(r) Ex mente gloss. in cap. *Non licet* 11. quest. 3. & in leg. 3. tit. 16. lib. 2. Recop. ibi: *Y estudiando el Derecho*, &c. Juxta ordinem praescriptum in leg. 1. Tauri, quae habetur in leg. 3. tit. 1. lib. 2. Recop. & in Pragmatica posita in initio Recopilat.

(s) Juxta text. in leg. *Non est novum*, ff. de *Legib.* Et ibi Bart. & Bald. Jass. in leg. *Posta novisim.* n. 3. Cod. de *Pañ.* & gloss. recepta per Doct. in cap. 1. verb. *Juram.* de *Consuet.* text. in cap. 1. de *Cognat. spirit.* Gregor. Lup. in leg. 7. tit. 3. part. 1. & facit leg. 3. tit. 1. lib. 2. Recop. ibi: *Y las de los Reyes, que de Nos vinieren*, &c.

(t) Secundum ea, quae docet Cynus receptus a Bartol. & Doct. in leg. 2. Cod. de *Testim. tutel.* Angel. in leg. *In civile*, ff. de *Legib.* Alex. & Imol. in leg. *Similes*, ff. ad leg. *Falci.* Bartol. n. 35. & Salomon. n. 58. in leg. *Omnes populi*, ff. de *Jussit.* & jur. per text. in leg. *Si certorum*, §. *fin.* ff. de *Milit. Testam.* & in leg. *Confiscantur*, §. *Si miles*, ff. de *Jur. codicil.*

(u) Secundum gloss. in leg. *Si ribi*, ff. *Si cert. petat.* Quam sequuntur Jass. & Dec. ibi, & Bart. in leg. *Fides*, ff. de *Posul.* Et Marius Salomon ubi supr. Bald. in leg. *Non est novum*, Cod. de *Legib.* & est text. in leg. *In civile*, ff. de *Legib.* Quo fit veram esse gloss. in leg. *Qui filium*, §. *Sabinus*, ff. ad *Senatusconsult.* Trebell. Cujus meminerunt Jass. & Angel. in leg. *Si idem*, §. *Una*, ff. de *Jurisd. omni.* *Judic.* Et Alex. consil. 164. Et communitur omnes in §. *Item pretium*, Infit. de *Empt.* & vend.

(x) In leg. 2. Cod. de *Testim. tutel.* & Salomon. ubi supr.

(y) Secundum Aret. cons. 163. Quem sequitur Jass. & Dec. in leg. *Si ribi*, ff. *Si cert. petat.* & Jass. in leg. *Si idem*, §. *Una*, ff. de *Jurisd. omni.* *Judic.* Quamvis ibi Dec. sibi contrarius contrarium teneat, quem sequitur Curt. ibi.

(z) Juxta text. in leg. 3. tit. 1. lib. 2. Recop.

(a) Ut disponitur in dict. leg. 3.

(b) In princip. Orosc. in leg. de *Legib.* *Zafum* consil. 5. n. 109. lib. 1. Gregor. Lup. in leg. 7. tit. 2. part. 1. Avil. in cap. *Prator*. cap. 19.

(c) In leg. 6. tit. *De las ganancias*, lib. 3. For. in versic. *Ut quae*, prope finem.

(d) Num. 10. Orosc. num. 33. in dict. leg. de *Quib.* ff. de *Legib.* Rochus de Curte in Rubric. de *Consuet.* a num. 244.

(e) In leg. 7. tit. 3. part. 1. verb. *Fuero.*

(f) In leg. 1. tit. 1. lib. 1. For.

(g) Ut notatur in cap. 1. de *Conf.* in 6.

(h) In leg. 1. Taur. n. 9. & ibi Doct. del Castill. Villad. in repet. cap. *Consuet.* de *Integr.* *restit.* Cifuent. in leg. 3. Taur. n. 3. Bernard. Diaz in Prae. Crimin. cap. 60. Et Avil. in cap. *Prator*. cap. 19. & Caputius in singul. 69. per leg. fin. Cod. de *Testim.* Et Didac. Perez in quest. 3. *Proce.* *Ordinam.*

(i) Ut docet Specul. tit. de *Advocat.* versic. *Nunc tractemus*, n. 9. & Est. text. in leg. fin. tit. 6. part. 3.

(j) Juxta text. in leg. 13. tit. 6. part. 3. & in leg. 2. & leg. 22. tit. 16. lib. 2. Recop.

tum sit contra iustitiam, nempe in nocumtum alterius partis, ad restitutionem obligatur: nam qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. (k) 40. Quinimo si à principio crediderit, causam iustam esse, & ex post facto cognoverit iniquam esse, statim debet illam deserere; cautè tamen, absque periculo sui clientuli, aliàs ad damnum relatiendum adversario teneretur, & ad expensas suo clientulo. (l) Quod procedit, etiam si suus clientulus inisset, ut ejus causam injustam foveat, quia facit contra suam conscientiam. (m) 41. Imò Advocatus tuta conscientia non poterit consilium suum clientulo, ut faciat pactum, vel transactionem cum adversario, dando ei modum, ut aliquid habeat, si intellexerit, causam clientuli iustam esse. (n) 42. Et an in causa dubia Advocatus possit patrocinari, latè disputat Burgos de Paz, (o) & Soto. (p) 43. Pari modo Advocatus tenetur resarcire damnum adversario, si per cavillationem abstulerit iustam causam, vel gravaverit eum, petendo dilationem superfluum, vel allegando falsum, vel faciendo cavillosam positionem, aut instruendo falsum testem, vel consulendo clientulo, ut veritatem neget, (q) & ultra poenas impositas à jure communi, de *Jure Regio* tunc Advocatus erit suspendendus ab officio arbitrio Judicis. (r) 44. Insuper si propter suam negligentiam, vel imperitiam causa iusta sui clientuli fuerit amissa, Advocatus tenebitur ad interesse suo clientulo, & mortaliter peccabit, (s) imò hoc casu cum duplo debet damnum, & interesse resarcire suo

clientulo. (t) Quod est verum, quando Advocatus jactabat se peritum, cum non esset, & clientulus ignorabat ejus imperitiam: secus tamen esset, si clientulus eam cognoscebat, nam in hoc casu Advocatus non teneretur, nisi ex dolo, & lata culpa. (u)

45. Quartò observet insuper Advocatus, ut summa fidelitate clientuli causam defendat, (x) 46. alioquin si jura, & arcana sui clientuli revelaverit parti adversæ, mortaliter peccabit, & ad resarcionem damni tenebitur, (y) & incidit in poenam falsi, (z) & appellatur *Proditor*, & efficitur infamis, debetque puniri arbitrio Judicis, (a) quinimo ipso jure privatur officio, & si de facto exercuerit, erit puniendus amissione dimidietatis bonorum Fisco applicandæ, five ex tali revelatione damnum suo clientulo inde sequatur, five non. (b) Nec debet utrique parti favere, aut cum adversario colludere, quia *Pravariicator* diceretur, (c) 47. imò neque in secunda Instantia poterit Advocatus alteri parti favere in eodem negotio, (d) & Advocatus, qui semel suscepit protegendam causam, non poterit illam deserere, & derelinquere.

48. Quintò observet præterea Advocatus, ut in stipendio, & mercede pro labore, sit æquus, & honestus: nam licet possit vendere iustum patrocinium, (e) etiam si absque revolutione librorum præster illud; (f) 50. tamen non debet plus debito exigere a clientulis, sed pro modo litis, fori consuetudine, & laboris: alioquin plus exigendo, mortaliter peccaret, & ad restitutionem teneretur ex S. Thoma

2.

(k) Ut in cap. fin. de *Injuris*, & firmat Anton. de Butrio in cap. *Brev. de Jur. jur.* Et Augustin. Berouus in Rubric. de *Appellat.* n. 91. Soto lib. 5. de *Jur. & Jur. quæst.* 8. art. 3. Et Navarr. in *Manual.* cap. 25. in vers. 2. n. 28.

(l) Secundum Sanct. Thom. in 2. 2. quæst. 71. art. 3. probat leg. 12. tit. 16. lib. 2. Recop.

(m) Ita contra Marth. de *Affict.* resolvet Burg. de Paz in *Proem. legum Taur.* n. 271.

(n) Ita eleganter probat Bartol. Socin. in leg. *Quidam*, n. 11. ff. *Sicert. pet.* Et Caccialup. in *Tractat. de Transact.* quæst. 20. in fin.

(o) Ubi sup. n. 389.

(p) Lib. 5. de *Jur. & Jur.* quæst. 8. artic. 3.

(q) Secundum Host. in cap. *Calumniam*, de *Pen.* Communiter receptum ex Navarr. in *Manual.* dict. cap. 25. n. 26.

(r) Per text. in leg. 3. tit. 16. lib. 2. Recop.

(s) Argum. text. in leg. *Idem juris*, §. 1. ff. *Ad leg. Aquil.*

(t) Ut in leg. 6. tit. 16. lib. 2. Recop.

(u) Ex mente Innocent. in cap. *Sicut dignum*, de *Homicid.* Quem sequitur Sylvester in *Summa*, verb. *Advocatus*, quæst. 24. Et Navarr. in dict. cap. 25. n. 29. ita intelliges text. in dict. leg. 6. tit. 16. lib. 2. Recop.

(x) Juxta text. in cap. *Qui religiosum*, & ibi gloss. verb. *Non omni* 87. distinct. & Gregor. Lup. in *Proem. tit.*

6. part. 3.

(y) Ut probat gloss. & Jass. in leg. *Si Procurat.* Cod. de *Procurat.* n. 15. & text. in leg. 9. tit. 6. part. 3. Et resolvet Navarr. dict. cap. 25. n. 29.

(z) Juxta text. & ibi Bartol. in leg. *Si quis aliquid II.* §. *Instrument.* ff. de *Pen.*

(a) Ut in dict. leg. 9. tit. 6. part. 3.

(b) Et ita cessat opinio Cini & Pauli, in leg. 1. Cod. de *Ordin. judic.* Et Gregor. Lup. in dict. leg. 9. verb. *Por et tal engatio*, &c.

(c) Ut in leg. 1. ff. de *Prævaricator.* & in leg. *Athletas*, §. *Prævaricator.* ff. de *Possulan.* & in cap. *Si quem*, verbis. *Prævaricator.* 2. quæst. 3. & in leg. fin. tit. 6. part. 3. Quam optimè explicat Avend. in cap. *Prætor.* 1. part. cap. 2. à num. 24.

(d) Secundum gloss. in leg. fin. ff. de *Possulan.* & ibi Paul. probat leg. 13. tit. 16. lib. 2. Recop.

(e) Ut in cap. *Non licet II.* quæst. 3.

(f) Secundum Joan. Andr. ad *Speculam.* tit. de *Salar.* addition. 1. Archid. dict. cap. *Non licet.* Felin. in cap. *Per tunc*, n. 3. de *Simon.* Jass. §. *Sed iste quidem*, n. 113. Infit. de *Alit.* Et Dec. in cap. *Cum in causis*, in princ. num. 15. de *Elect.* Rejected gloss. quam intendit Salvare Tiraquell. de *Nobilitate*, cap. 29. n. 32.

2. 2. quæst. 71. (g) Didaco Perez in l. 2. tit. 19. lib. 2. *Ordin.* (h) ubi cum Abbate, Joanne Andrea, Tiraquello, & aliis contra Sorum, & alios resolvit 51. Advocatum tuta conscientia posse percipere sibi sponte oblato, ultra salariam à lege taxatum; 52. *hodie* tamen opinio Soti verior videtur, & approbatur per leg. 19. tit. 16. lib. 2. Recopil. ubi diffusum est, quòd ultra salariam taxatum, Advocatus non possit aliquid percipere, etiam si ultrò sit oblato, quod tamen intelligitur verum, quando tempore ministerii, ultra salariam aliquid offerretur, etiam si dicerent, quod gratis datur, quia ex circumstantia temporis præsumeretur illud datum fuisse in fraudem prohibitionis, ac ideo standum erit prohibitioni, ut scilicet hæc gratuita oblatio prohibita censatur; (i) 53. cæterum, finito jam ministerio, ultra salariam Advocatus bene poterit oblato suscipere, 54. quia ex circumstantia temporis præsumitur, quòd illud non datur, nec suscipitur pro illo ministerio: imò censetur omnimoda gratuita datio; 55. prohibitus enim dare, seu accipere aliquid pro aliqua re, non censetur prohibitus dare, seu gratis oblato suscipere: quia eo casu cessant verba, & mens prohibitionis, nam qui gratis dat ex mera liberalitate, absque ullo respectu commutationis dat, five oblato recipit, (j) 56. quod limitatur, nisi ex circumstantiis temporis, seu dati muneris, verosimiliter appareat, gratuitam donationem simulatè conceptam fuisse in fraudem prohibitionis: unde si, finito ministerio, aliquid gratis offeratur, cessat præsumptio simulationis, quod pro illo ministerio detur. (k) 57. Nec huic verè interpretationi obstat textus in cap. *Si quis objecerit*, 1. quæst. 3. ibi: *Antea, nec postea*, quibus verbis constat, quod prohibitus dare, vel suscipere aliquid pro aliqua re, nec tempore ministerii, nec finito ministerio possit dare, vel suscipere: nam respondeo, quod verbum *Soleat* in illo textu appositum tollit difficultatem, nam significat debitum reddere, ex Ambrosio Calepino in suo Dictionario, verbo *Soleo*, & ita significat textus ille, quòd qui finito ministerio, aliquid solvit pro re spirituali, censetur quod illud solvit, tan-

quam debitum pro illa re, quod tamen prohibitus est: qui vero gratis dat, finito ministerio, non dicitur debitum solvere: 58. non etiam obstat text. in cap. fin. 1. quæst. 3. ibi: *Ante, vel post*, nam respondeo, quod verbum *Exigatur*, de quo ibi, difficultatem tollit, quia verbum *Exigo* significat rem aliquam jure debitam petere, ex Laurentio Valla: (l) qui vero gratis oblato recipit in nostra specie, non dicitur rem debitam exigere. 59. Non denique obstat textus in cap. 1. de *Simonia*, ibi: *Omnino dare*, & in cap. *Statutum*, §. *Insuper*, de *Rescript.* lib. 6. & in cap. 1. §. *Procuraciones*, & in cap. 2. §. *Studentes*, de *Censib.* lib. 6. & in Concilio Trident. sess. 21. de *Reformat.* cap. 1. & quod notat Glossa, (m) quæ jura videtur excludere omnem donationem, etiam gratuitam, & spontaneam: nam respondeo, quod debent intelligi, quando tempore ministerii aliquid offerretur, etiam gratis: nam licet verba donationis sonarent in dationem gratuitam, illa temporis circumstantia arguit ipsam dationem spontaneam simulatè conceptam esse, ad palleandam prohibitionem legis: (n) Nos verò loquimur, quando, finito ministerio, gratis aliquid offertur: nam temporis circumstantia facit cessare suspensionem fraudis. 60. Et idem dicendum erit, quando quantitas muneris oblati suaderet, illam dationem procedere ex amicitia, vel benevolentia, ut in munusculum ad usum, aut potum; tunc enim, licet daretur tempore ministerii, tamen ex levitate muneris suspicio cessat, quod pro illo ministerio datur; (o) 61. circumstantia enim temporis, personarum, & quantitas muneris dati consideranda sunt, ad inducendam conjecturam, an gratis datum sit, an verò simulatè in fraudem prohibitionis, (p) Ex quibus constat, prædictum intellectum ad textum in dict. leg. 19. tit. 16. lib. 2. Recopil. verum esse, scilicet, quod procedat, quando tempore ministerii aliquid ultra salariam Advocato offeratur: nam tunc illud recipere non poterit, secus tamen, quando post finitum ministerium, vel quando levitas muneris suaderet, quod ex amicitia, aut benevolentia datum esset: nam tunc jure optime, & tuta conscientia suscipere poterit. Et quod in ani-

ma

(g) Soto lib. 5. de *Jur. & Jur.* quæst. 8. art. 4. Tiraquell. de *Nobil.* cap. 29. n. 26. Covarr. in *Regula Peccatum*, 2. part. §. 3. n. 2. de *Regul. jur.* in 6.

(h) Cod. 664. verbis. *Advocat. pratered non debet.*

(i) Argum. leg. 1. & toto tit. Cod. *Plus valere quod agitur.*

(j) Argum. leg. 1. ff. de *Donationib.* & in cap. 1. eod. tit.

(k) Argum. text. in cap. *Sicut Episcopus* 1. quæst. 2. & in cap. *Et si questiones*, & in cap. *Dilectus* 2. de *Simon.*

quæ jura ita accipienda sunt.

(l) Lib. 5. *Elegantiarum*, cap. 24. & Ambrosii Calepini in suo Dictionario, verb. *Exigo*.

(m) In leg. *Inventus*, §. fin. ff. de *Regul. jur.*

(n) Ita intelligit Ripa in *Tractat. de Pest.* ult. part. tit. de *Remediis præservatis contra pestem*, n. 114.

(o) Argum. text. in dict. cap. *Et si questiones*.

(p) Ut probat text. in dict. cap. *Et si questiones*.

mae iudicio tutus sit, ita quod ad restitutionem non teneatur, fateatur Covarruvias, (g) asserens in foro exteriori difficile, contrariam opinionem defendi posse. 62. Et juxta praedictam resolutionem erit intelligenda leg. 8. tit. 6. lib. 3. Recopil. & leg. 5. tit. 9. lib. 3. Recopil. prohibens Judicibus, ne alicuius litigantibus percipiant, & etiam, leg. 1. tit. 27. cap. De los Derechos en las Causas Criminales, versic. *Y mandamos, que los dichos Escribanos, &c.* lib. 4. Recopil. prohibens Tabellionibus, ne percipiant aliquid, etiam sponte oblatum ultra taxationem ibi factam: debent enim illa jura intelligi, quando tempore ministerii gratis offerretur, secus tamen, si post finitum ministerium daretur, vel si levitas muneris suaderet, quod ex benevolentia, & amicitia, & non pro ipso ministerio illud munus datum esset.

63. Advertendum tamen erit, quod etiam olim Advocatus non posset pacifice de quota litis, (r) bodie tamen in Consilio Supremo Regis, & in aliis Audientis Regis bene poterit percipere vigesimam partem litis, dummodo non excedat quantitatem triginta mille marapetinarum, & in aliis Tribunalibus inferioribus dimidietatem dictae quantitatis, & hoc tam in causis civilibus, quod in criminalibus, (s) 64. non tamen poterit aliquid nomine victoriae, & palmarum percipere. (t) 65. Et plura de modo percipiendi stipendia ab Advocatis tradita sunt in leg. 7. cum plurib. sequentib. tit. 16. lib. 2. Recopil. & per Didacum Perez. (u) Caeterum Advocatus tenetur gratis praestare patrocinium pauperibus, in locis in quibus non sunt Advocati conducti publico stipendio ad patrocinium pauperum. (x)

66. Sexto observet denique, quod in libellis processus non citet jura, & leges, sed tantum narret factum cum suis rationibus, (y) 67. nec patrocinetur contra legem expressam hujus Regni, (z) 68. summaque diligentia inquirat a Tabellionibus, Procuratoribus, & ab aliis expertis de stylo illius Audientiae, (a) & Advocatus qui superiora observaverit, laudabiliter exercebit advocacionis officium.

EX ULTIMA ANNOTATIONE.

SUMMARI A.

- I D efinitio Tabellionis.
- 2 Tabellio pluribus aliis nominibus nuncupatur.
- 3 Tabellio servus publicus dicitur.
- 4 Officium Tabellionatus quando sit vile, & quando non, resolvitur.
- 5 Officium Tabellionis deservientis Principi, vel alicui loco sub certo numero deputati, vile non est.
- 6 Officium Tabellionis non est vile, quando ejus nomen transit in speciale nomen majoris officii.
- 7 Tabelliones Regii simpliciter qui populariter Reales dicuntur, viles sunt.
- 8 Infamis infamia juris, vel facti non potest creari Tabellio ad deservendum Principi.
- 9 Nullus infamia notatus creandus est Tabellio, quia quilibet debet esse optima existimationis & fama.
- 10 Tabellio creandus debet esse Christianus, & non Judaeus, vel Agareus, debetque esse vicinus illius loci, in quo officio fungi debet.
- 11 Tabellio creandus debet esse laicus, & non in Sacris Ordinibus constitutus.
- 12 Tabellio impubes creari non debet, & de jure Regio debet esse major viginti quinque annis.
- 13 Solus Princeps, vel alius de speciali mandato Principis creare potest Tabelliones.
- 14 Duces, Comites, Marchiones, Episcopi, & similes an possint creare Tabelliones tractatur, & Gregorius Lupus, & Avendanius componuntur.
- 15 Jure Regio novissimo nemo potest consecrari, tanquam Tabellio, acta judicialia, & extrajudicialia, nisi prius creatus fuerit Regius Tabellio, vel saltem prebabitur praevio examine Consilii Regii.
- 16 Tabellionum creatio ex consuetudine introduci potest immemoriali, quoad proprietatem, & quadragenaria, quoad possessionem.
- 17 In Tabellionum creatione quae intervenire debeant, traditur.

Ubi

(g) In cap. *Quamvis* part. 2. par. 5. n. 6. de Pass. in 6. tit. 6. part. 3.

(r) Juxta text. in leg. *Si quis*, Cod. de Postul. & in l. 14. tit. 6. part. 3.

(s) Juxta text. in l. 18. cum duobus sequentibus, tit. 16. lib. 2. Recop.

(t) Ut in leg. 29. tit. 16. lib. 2. Recop. (* Et ad hanc resolutionem redigi debet resolutio Cavalcani in decis. 42. a num. 43.)

(u) In leg. 2. tit. 19. lib. 2. Ordin. versic. 14. *Veratur*, (x) Juxta text. in leg. 16. tit. 16. lib. 2. Recop. Et re-

solvit Soto lib. 5. de Just. & jur. quest. 8. art. 1. Et Covarr. in Praef. Quest. cap. 6. n. 4. Et Didac. Perez in l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordinam. versic. 6. dubitatur, & Menoch. lib. 2. de Arbitr. cas. 369. n. 3.

(y) Juxta text. in leg. 4. tit. 16. lib. 2. Recop.

(z) Juxta text. in leg. 16. tit. 16. lib. 2. Recop.

(a) Argum. text. in leg. 3. §. *Testes*, versic. *Quod Testes*, ff. de Testib. Et ibi Bart. & Doct. Bald. & Alexand. in leg. 1. Cod. *ut quae de jure advocat.* Vantius in Rubric. de Nullitat. ex defectu Processus, n. 86. pag. 314.

18 Ubi certus numerus Tabellionum deputatus fuerit, nulla fides Tabellionibus simpliciter Regiis adhibenda fides, nec ipsi poterunt ibi fungi suo munere, nisi tempore pestis.

19 Tabelliones omnia acta, & instrumenta ad partis rogatum, & requisitionem conscribere tenentur, & per Judicem ad id invitati compelluntur.

20 Tabellio non obtemperans mandato Superioris circa ejus officium, privari poterit, nisi nimis occupatus esset in aliis instrumentis conscribendis.

21 Tabellio non compellitur gratis servare, nisi rogatus fuerit a paupere, Ecclesia, vel Civitate.

22 Tabellio pro suo labore exigere potest mercedem consuetudine, vel lege taxatam.

23 Merces Tabellionibus jure hujus Regni taxata est novissime per Regiam Pragmaticam.

24 Tabellio ultra mercedem jure Regio taxatam, non potest aliquid percipere, etiam sponte oblatum: & qualiter intelligi debet, traditur remissivo.

25 Tabellio in fine instrumenti apponere debet mercedem receptam, vel si gratis ministerium praestavit, illud dicere debet.

26 Tabellio an teneatur apponere in instrumentis nomina contrahentium, Causam, annum, mensem, diem, & quot testes, explicatur.

27 Tabellio in actis judicialibus testes apponere non debet, nisi ex stylo illius Audientiae soleant apponi, & quid in actis, quae extrinsecus apud acta judicialia celebrantur fieri debeat, declaratur.

28 Tabelliones tenentur Registram, & Protocolum actuum judicialium, & extrajudicialium secum retinere, nec partibus debent exhibere, nisi ex iudicis precepto.

29 Tabellio Protocolum partibus concedens, mortaliter peccat, & perjurium incurrit.

30 Tabellio potest committere confessionem Protocoli alteri non Tabellioni, dummodo ipse praesens sit rei gestae, & se subscribat, & proprio signo signet: & idem erit quoad traductionem, dummodo trasumptum cum Protocolo conferat.

31 Instrumentum qualiter traduci debeat ex Protocolo Tabellionis mortui, traditur remissivo.

32 Tabellio tenetur partibus, & testibus recitare instrumentum a se confectum.

33 Testi asserenti aliter se deposuisse, quam

a Tabellione fuit scriptum, in Causis Civilibus non est adhibenda fides, in Criminalibus fides Tabellionis vacillat.

34 Tabellioni potius, quam testi credendum esse, apud Hispanos obtentum est, nisi testis probare possit duobus testibus de jure Civile, vel quatuor de jure Regio ejus asserentem.

35 Instrumentum quodlibet publicum quatuor testibus improbari potest.

36 Tabellioni testanti, & fidem facienti de commissione receptionis testium sibi facta, credendum non est, ac ideo talis commissio coram alio Tabellione scribenda erit, quamvis de consuetudine oppositum observetur.

37 Tabellio ultra ea quae tempore suae creationis juravit, debet a pluribus aliis abstinere, de quibus remissivo.

38 Lis tractari non debet coram Tabellione fratre, vel patruo actoris.

39 Tabellio praecavere debet, ne instrumentum falsum conscribat.

40 Signans aliquod instrumentum, tanquam Tabellio, cum tamen non esset, vel jam quod aliquando fuisset, privatus tamen esset, pena mortis est afficiendus.

41 Exercens officium Tabellionatus questum contra formam traditam a lege Regia, tanquam falsarius pena mortis erit afficiendus, nec unquam Tabellio reputari debet.

42 Tabellio tanquam suspectus recusari potest, non tamen removetur in totum, sed datur sibi adjunctus, quamvis de jure communi in totum removeretur.

43 Tabellio absque causa expressione, solo juramento calumnia a recusatore praestito, recusari potest.

44 Actus gestus per Tabellionem recusatum absque adjuncto, est nullus.

45 Tabelliones pollere debent jurisperitia, & quales debeant esse, explicatur, & ob quam rationem.

ULTIMA ANNOTATIO.

DE TABELLIONE.

I. **T**abellio est persona publica, habens officium scribendi instrumenta super contractibus, actis, & aliis rebus, ad fidem faciendam super eisdem. (a) 2. Qui etiam aliis nominibus nuncupatur, (b) quibus promissive utimur. (c) 3. Qui etiam servus publicus

(a) Ut colligitur ex Auth. de Tabellio, Collat. 4. & ex principio tit. 19. Part. 3. & ex leg. 1. tit. 8. lib. 1. Fori.

(b) Ut constat ex leg. *Præcipimus*, & in leg. *In offerendis*, Cod. de Appellation. & ex Rub. & Nig. Cod. de Tabellionibus, lib. 10.

bul. lib. 10. & leg. *Si librorum*, ff. de Reg. jur. & leg. *Scrivarios*, Cod. de Testam. milit. & ubique gloss. & Doct.

(c) Secundum Plateam in Rubric. de Tabellionibus, lib. 10. in fin. Sebasti. Brant. in expositione titularum, tit. de Tabellionibus, lib. 10.

cus dicitur. (d)

4. Quo fit, quod cum Tabellio servus publicus appellatur, cum servire omnibus teneatur, ejus officium vile sit, ut tradunt Glossa, Bartolus, & Platena. (e) Tameñi oppositam sententiam tenent Covarruvias in Practicis Questionibus, (f) & novissimè Petrus Racha, (g) contendunt officium cujuslibet Notariatus nobile esse, nec jura in contrarium adducta aliud probare: quibus non suffragatur text. in leg. 1. Cod. de Mandatis Principum, dum probat Notarios, seu Tabelliones obtinere dignitatem. (b) Nam respondeo, prædicta jura intelligenda esse de Notariis Principum. (i) 5. De *jure autem Regio* Officium Tabellionis, tam deservientis Principi, quam & Tabellionis deputati cuicumque Civitati, vel Loco sub certo numero, vile non est. (j) 6. Nec etiam est vile, quando nomen Tabellionis transit in speciale nomen majoris officii. (k) 7. Carteri verò Tabelliones, prout sunt simpliciter Tabelliones Regii, quos vulgo *Escribanos Reales* appellamus, non obtinent dignitatem, neque habent officium honorificum, etiam de *Jure Regio*, (l) quorum facultas conficiendi instrumenta limitata est per text. in leg. 1. tit. 25. lib. 4. Recopil. Nec eorum officium est estimabile, cum sit personalissimum coherens personæ, nec in eo cadat venditio. (m)

8. Ex quibus consequitur, non posse creati Tabelliones, seu Notarios Principibus deservientes eos, qui aliquam juris, vel facti infamiam patiuntur, cum portæ dignitatum eis

non pateant. (n) Quod verum est, in quibuscunque Tabellionibus creandis, & dignitates non habentibus: 9. nam omnes optime existimationis, & famæ, & non infames creandi sunt, ut optimè resolvit Covarruvias. (o) 10. Debentque Tabelliones creari Christiani, & non Judæi, aut Agareni: debentque esse Vicini illius Locis, in quo fungi debet officio Tabellionatus: & debent esse liberi, & non servi, habereque alia requisita congesta a leg. 2. tit. 19. Part. 3. & leg. 5. tit. 2. lib. 7. Recopil. Ubi disponitur, 11. quod debent esse laici, & non in Sacris Ordinibus constituti, (p) 12. Item Tabellio non debet creari impubes, (q) 12. & de *jure Regio* etas Tabellionis debet esse viginti quinque annorum completorum, ut probatur in l. 30. tit. 25. lib. 4. Recopil.

13. Et solus Princeps, seu Rex, vel alius de ejus speciali mandato Tabelliones creare potest. (r) 14. Item Duces, Comites, Marchiones, Vicecomites, Episcopi, & similes in suis territoriis creare possunt Tabelliones ad hoc solum, ut testificentur de iis, quæ sunt in judicio, secundum Montalvum; (s) tamen per dict. leg. 3. Part. contrarium, imò quod, etiam extra Judicium, tales Tabelliones testificari possint, defendit Avendanius. (t) Quos ita componere poteris, ut Duces, Comites, Marchiones, & alii Magnates, & quicumque Domini Vassallorum possint creare Tabelliones, cum hoc discrimine, ut Magni illi Domini eos creent, cum potestate testificandi in judicio, & extra, prout Principes, & Reges; nam de jure, seu consuetudine id sibi licet, tanquam sint rami dependentes ab eorum dominio, & in hac specie procedit opinio Avendani, & l. 12. tit. 1. Part. 2. Caterum alii Domini Vassallorum, qui solum id possunt, quod sibi conceditur, prout sunt illi, de quibus in l. 13. tit. 1. Part. 2. Tabelliones creabunt, ut possint duntaxat in judicio testificari: & in hac specie procedit opinio Gregorii Lopez, & dict. l. 3. tit. 19. Part. 3. 15. quæ sic intelligenda est. *Jure vero Novissimo* existimo supradicta cessare ex l. 2. tit. 25. lib. 4. Recopil. Qua cautum est, neminem posse conficere acta judicialia, vel extrajudicialia in quibuscunque locis, nisi prius creatus fuerit Regius Tabellio, vel saltem prævio Consilii Regis examine præhabito: ergo, si prius, quam à Duce, Comite, vel ab alio quibus Tabellio debeat nominari, creandus est Regius Tabellio, consequitur, sibi concessam esse potestatem conficiendi quæcumque, & qualiacunque acta, & instrumenta. 16. Postea etiam consuetudine introduci Tabellionum constitutio, seu creatio, (u) quæ consuetudo, quantum ad proprietatem debet esse immemorialis, quantum verò ad possessionem quadraginta annorum sufficiens, *Jure Regio* attento, ut resolvit Gregorius Lupus. (x) 17. Et in Tabellionum creatione præcedere debet examen, & eis titulus Tabellionatus concedi, juxta formam l. 47. tit. 4. lib. 2. Recopil. Qui Tabelliones plura jurare tenentur. (y)

18. Nulla tamen fides Tabellionibus adhibenda erit, neque ipso suo fungentur officio, ubi certus numerus Tabellionum deputatus fuerit, (z) etiam si sint in territoriis Ducum, & similibus dominorum, si ibi certus nume-

(a) Ut in leg. 3. Cod. de Adoptione. & in leg. Non aliter, ff. de Adoptione. & in leg. 2. ff. Rem pupil. salvo. ff. & in cap. 2. de Usuris, lib. 6. & ibi gloss. verb. Servus. Et tradit Romanus in singulari. 350. Et Didac. Perez in l. 2. tit. 5. lib. 2. Ordinam. in princ.

(c) In leg. Universus. Cod. de Decurion. lib. 10. Montal. in leg. 1. tit. 8. lib. 1. Fori. in gloss. verb. Porque los Jurados. Et Palacios Rub. in rep. cap. Per usuras, not. 3. §. 10. n. 7. Sylvestr. in Summa, verb. Tabellio, quaest. 3. Greg. Lup. in princ. tit. 19. Part. 3. verb. Escribanos.

(f) Cap. 19. a. n. 5.

(g) In sua Praxi Casuarum Civilium, cap. 5. n. 20.

(h) Et idem probat text. in leg. Laudabile, Cod. de Advo. divers. Judic.

(i) Secundum Bart. Plat. Montal. ubi supr. & in leg. 14. tit. 19. Part. 3. Et Greg. Lup. ubi supr. & Zalium in Scholias ad leg. 3. ff. de Orig. Jur. vers. Postea cum Apine, verb. Escriba.

(j) Juxta text. in dict. leg. 14. tit. 19. Part. 3. & ibi Montal. & Greg. Lup. in princ. tit. 19. Part. 3. & probatur in leg. 3. tit. 8. lib. 1. Fori. ibi: E honorado, &c.

(k) Ut in leg. 1. & 2. Cod. de Primis. & Secundis. lib. 12.

(l) Secundum Montalvum, in dict. leg. 14.

(m) Ut notat Bald. leg. unic. Cod. de Privileg. datis. Et Avend. in respon. 38. n. 1.

(n) Juxta text. in cap. Infamibus, de Reg. Jur. in 6. & in leg. 2. Cod. de Dignitat. lib. 11. & tradit Bart. in l. 2. Cod. de Mandatis Princip. & in leg. Eadem, §. Hac lege, ff. Ad leg. Jul. repetund. & probat leg. 1. ibi: Buena fama, tit. 19. Part. 3. & ibi Greg. Lup. & communiter omnes ex Covarr. ubi supr. vers. Prima conclusio.

(o) Ubi supr. contra Bartol. Aimonem, Plateam, Palatum Rub. & alios pro ipsum citatos, & idem tenet Greg. Lup. in leg. 2. tit. 19. Part. 3. verb. Buena fama, & satis probat leg. 1. tit. 25. lib. 4. Recopil. ibi: Buena fama.

(p) Ut probatur in dict. leg. 2. & firmat Covarr. ubi supr. n. 8. Ubi probat, hoc officium Monachis interdicitum esse: & ibi inter Clericos distinguit, & probatur in l. 10. tit. 3. lib. 1. Recopil.

(q) Ut in leg. Impuberum in princip. Et ibi Bartol. ff. de Falsis. Et Decius in leg. Fumina, §. Impuberes, n. 2. & 8. ff. de Reg. Jur.

(r) Juxta text. in leg. 3. tit. 19. Part. 3. Et tradit Montal. in leg. 1. tit. 8. lib. 1. Fori. verb. E otro no. Oldrado in conf. 75. Alex. in leg. Nec ei, §. 1. ff. de Adoptionibus, Avend. de Exsequend. mandat. Princip. lib. 1. cap. 10. in princ.

(s) In dict. leg. 1. Fori. verb. E no por otro. Et Greg. Lup. in dict. leg. 3. Part. verb. Jur. gaderes.

(t) Ubi supr. n. 2.

tanquam sint rami dependentes ab eorum dominio, & in hac specie procedit opinio Avendani, & l. 12. tit. 1. Part. 2. Caterum alii Domini Vassallorum, qui solum id possunt, quod sibi conceditur, prout sunt illi, de quibus in l. 13. tit. 1. Part. 2. Tabelliones creabunt, ut possint duntaxat in judicio testificari: & in hac specie procedit opinio Gregorii Lopez, & dict. l. 3. tit. 19. Part. 3. 15. quæ sic intelligenda est. *Jure vero Novissimo* existimo supradicta cessare ex l. 2. tit. 25. lib. 4. Recopil. Qua cautum est, neminem posse conficere acta judicialia, vel extrajudicialia in quibuscunque locis, nisi prius creatus fuerit Regius Tabellio, vel saltem prævio Consilii Regis examine præhabito: ergo, si prius, quam à Duce, Comite, vel ab alio quibus Tabellio debeat nominari, creandus est Regius Tabellio, consequitur, sibi concessam esse potestatem conficiendi quæcumque, & qualiacunque acta, & instrumenta. 16. Postea etiam consuetudine introduci Tabellionum constitutio, seu creatio, (u) quæ consuetudo, quantum ad proprietatem debet esse immemorialis, quantum verò ad possessionem quadraginta annorum sufficiens, *Jure Regio* attento, ut resolvit Gregorius Lupus. (x) 17. Et in Tabellionum creatione præcedere debet examen, & eis titulus Tabellionatus concedi, juxta formam l. 47. tit. 4. lib. 2. Recopil. Qui Tabelliones plura jurare tenentur. (y)

18. Nulla tamen fides Tabellionibus adhibenda erit, neque ipso suo fungentur officio, ubi certus numerus Tabellionum deputatus fuerit, (z) etiam si sint in territoriis Ducum, & similibus dominorum, si ibi certus nume-

(a) Per text. in leg. *Astinuras*, Cod. de Numerar. & *Astinur*, lib. 22. & ibi Joan. Platena.

(c) In leg. 3. tit. 19. Part. 3. verb. *Otorgasse*. Cujus opinio plana est, post leg. 5. tit. 1. lib. 7. Recopil. Et sic cessant adducta per Avend. ubi supr. n. 3.

(f) Juxta text. in leg. 1. tit. 8. lib. 1. Fori. Ubi Montalvum octo juranda conserit, & in leg. 4. tit. 19. Part. 3. Ubi idem Montalv. & Greg. Lup. in leg. 8. tit. 18. Part. 3. verb. *Deben jurar*, &c. Et tradit Sylvestr. in Summa, verb. *Tabellio*, quaest. 2. in fin. & Navar. in Manuali Latino, cap. 25. n. 52.

(g) Juxta text. in leg. 1. tit. 25. lib. 4. Recopil.

(h) Ubi supr. n. 5. & 6.

(i) Secundum Bart. in leg. 1. Cod. de Tabellion. lib. 10. Et Plateam in Rubric. illius tituli, & in §. *Com autem*, n. 2. de *Adoptionibus*. Sylvestr. ubi supr. Gregor. Lup. in leg. 4. tit. 19. Part. 3. verb. *Fagan las Cartas*, &c. Avil. in capitibus Prætorum, cap. 39. n. 5. & cap. 17. n. 21. Et Rojas in Epitome Succession. cap. 10. n. 30.

(j) Secundum Bald. in leg. *Privilegium* in fin. Cod. de *Postuland.* Et sequitur Romanus in singulari. 249. additio Bartol. in leg. 1. §. *Servus*, verb. *Cogatus*, ff. *Pacti adversus naturas*. Sylvestr. ubi supr. quaest. 5. Avil. ubi supr. cap. 39. n. 7. & probatur in leg. 3. tit. 8. lib. 1. Fori. & ibi Mon-

rus de puratus fuerit secundum Avendaniam; (a) hoc in fine limitatum, nisi tempore pēsis, quo casu Regii Tabelliones testamentaria conficere poterunt. 19. Qui Tabelliones acta, & instrumenta quæcumque adrogatum, & partis requisitionem conscribere tenentur, & ad id per Judicem inviti compelli poterunt: (b) 20. usque adeo, quod si mandato superiorum non obtemperaverint, officio privandi erunt. (c) Quod tamen fallit, quando Tabellio nimis occupatus esset, in aliorum instrumentorum conscriptione; (d) vel quando ex alia justa causa se excusaret. (e) 21. Tabelliones tamen sic rogati non compelluntur gratis servire, nisi rogati fuerint à pauperibus, Ecclesia, vel Civitate. (f) 22. Qui Tabelliones exigere poterunt mercedem sui laboris consuetudine introductam, vel lege prætaxatam. (g) 23. Quæ tamen merces de jure hujus Regni prætaxata, & præfixita est in tit. 26. & 27. lib. 4. Recopil. & novissimè in quadam Pragmatica Philipp. II. Madr. 6. die mensis Maii, anno MDLXIX. promulgata. 24. Ultra quam mercedem, & salariam constitutum nihil aliud petere, aut recipere poterunt citra onus restitutionis; (h) etiam si sponte, & libere aliquid ultra præstet; (i) 25. Ideoque merito, & cum judicio decretum fuit, mercedem receptam à Tabellionibus apponendam esse in quolibet instrumento, ut innotescat, quantum Tabellionis solutum fuerit: & si gratis instrumentum confecerit, subscribere debet, se illud gratis conscripsisse. (j) Quam formam, & diffinitum salariam, etiam Notarii Apostolice observare tenentur, ex l. 27. tit. 25. lib. 4. Recopil. Quam tamen resolutionem circa reci-

tal. & Avend. de Exsequendis mandat. Principum, 1. part. cap. 27. n. 14.

(d) Secundum Bart. in dict. leg. 1. de *Tabular.* & in dict. §. *Servus*, n. 3. Avil. & Sylvestr. ubi supr.

(e) Secundum Montalvum, in Summa, tit. 19. Part. 3.

(f) Juxta text. in leg. *In pro medio*, Cod. de *Præcip. agent. in reb.* lib. 12. Plateam in dict. §. *Com autem*, & lare Avil. ubi supr. in dict. cap. 39. & in leg. 3. tit. 18. lib. 4. Recopil. & in leg. 8. tit. 25. lib. 4. Recopil. & in leg. 30. tit. 6. lib. 3. Recopil.

(g) Ut resolvit Covarr. in Regul. Peccatum, 2. part. §. 3. num. 2.

(h) Secundum Covarr. ubi supr. & Navar. in Manuali, cap. 35. num. 54.

(i) Secundum Greg. Lup. in leg. 4. tit. 19. Part. 3. verb. *Decimus*, &c. & Navar. ubi supr. Et latissimè sermone Avil. ubi supr. cap. 1. verb. *Ni llevaran*, fol. 31. & Covarr. ubi supr. Et probatur in dict. tit. 27. lib. 4. Recopil. prope finem, ibi: *Ante las Partes lo den graciamen, &c.*

(j) Juxta text. in leg. 6. tit. 25. lib. 4. Recopil. & in dict. tit. 27. in princ. vers. *Officiis, que anhi en el Registro*, &c. Et plura in materia hujus salarii tradit Avend. de Exsequendis mandat. Principum, 1. part. cap. 27. a. n. 14.

piendum sponte oblatum intellige juxta ea, quae resolutivum supra in Annotatione 6. prope finem.

26. Tenentur præterea Tabelliones in instrumentis à se faciendis apponere nomina contrahentium, causam, annum, mensem, diem, & duos testes, qui sint Notarii, aut tres testes viros probos, præterquam in testamentis, ubi major numerus testium exigitur. (K) 27. In actis vero judicialibus testes apponi non debere, probat text. in leg. In *donationibus*, Cod. de *Donat.* (l) Quòd tamen supradicti Doctores intelligunt, verum esse, nisi de stylo illius Tribunalis alius observaretur, & testes in actis judicialibus apponi solerent, tunc enim eorum omisio redderet processum nullum. (m) Cæterum in actis, quae extrinsecus apud acta judicialia fieri solent, testes apponuntur. (n) 28. Tenenturque Tabelliones Registram, seu Protocolum habere omnium instrumentorum, & actorum judicialium, & extrajudicialium, idque retinere secum debent, nec partibus concedendum, nisi ex Judicis præcepto. (o) 29. Et Tabellio, qui Protocolum tradit partibus, & illud secum non retinet, mortaliter peccat: quia incurrit perjurium, contraveniens præstito juramento de eo retinendo. (p) 30. Cujus Protocoli, seu cujusvis instrumenti confessionem alteri etiam non Tabellioni committere Tabellio poterit, sive impeditus sit, sive non, dummodo ipse præsens sit rei gestæ, & se subscribat ipsi instrumentum, & proprio signo signet, & idem quoad traductionem alicujus instrumenti ex ejusdem Tabellionis Protocolo, modo scripturam, & instrumentum cum eo conferat, observandum esse, & apud Hispanos consuetudine receptum, testatur Covarruvias.

(q) 31. Et qualiter autem possit traduci aliquod instrumentum ex Protocolo Tabellionis mortui, vel impediri per alium Tabellionem, & veram hujus rei praxim, resolvit Covarruvias, (r) & probatur in l. 24. tit. 25. lib. 4. Recop. 32. Tenetur etiam Tabellio legere, & recitare partibus, & testibus instrumentum à se scriptum, ne aliàs eidem fides debita detrahatur, & id magis communiter receptum esse, firmat Covarruvias. (s) 33. Advertit tamen, quòd testi assenti, aliter se præstitisse testimonium, quam à Tabellione scriptum fuit, non est credendum in causis civilibus, sed potius Tabellioni adhibenda est fides, pro quo præsumitur, ut cum pluribus resolvit Covarruvias; (t) in causis vero criminalibus ex jurata testis assertione, fides Tabellionis vacillabit. (u) 34. Tamen apud nos obtentum esse, potius Tabellioni, quam testi credendum esse, resolvit Covarruvias, (x) quòd verum est, nisi aliud testis probare valeat duobus testibus omni exceptione majoribus de *Jure Civili*, vel quatuor de *Jure Regio*, ex l. 117. tit. 18. Part. 3. 35. Quibus testibus quodlibet publicum instrumentum improbari potest. (y) 36. Solet etiam in causis civilibus quotidie examen testium committi proprio Tabellioni cause, in quo dubitatur, an credendum sit eidem Tabellioni testanti, & fidem facienti de tali commissione? In quo dubio dicendum erit, magis communiter receptum esse talem commissionem coram alio Tabellione (si reperiri possit) scribendam esse, maxime in arduis, & lucrativis causis, secundum Avilensium (z) assentientem, se usque quaque ita observasse; ego tamen semper oppositum observatum esse vidi.

37. Ulterius Tabelliones abstinere debent

(1) Ut probat text. in Authent. de *Tabell. §. illud quoque*, collat. 4. & in leg. 54. tit. 18. part. 3. Ubi idem notat Gregor. Lup. quo in loco idem Greg. in gloss. 6. Firmat illud quòd in dict. leg. 54. dicitur de duobus testibus Notariis adhibendis in Praxi non observari, præterquam in Civitate Hispanensi, & ibidem in gloss. 7. Idem Gregor. testatur in quolibet instrumento duos testes ad minus per Tabellionem appendendos fore, prout disponit leg. 11. tit. 18. part. 3.

(2) Et firmat gloss. in cap. *Quoniam contra*, verb. *Vires* in fin. de *Præbat.* & sequuntur Bald. in Rubric. Cod. de *Fide instrum.* Panorm. col. 4. Et communiter omnes ex Decio n. 19. in dict. cap. *Quoniam contra*.

(3) Juxta ea quae resolvit Hippolite. in singul. 118. (4) Secundum prædictos Doctores in dict. cap. *Quoniam contra* præter Aret. cujus tamen doctrinam intelligit ibidem Decius n. 19. in fin.

(5) Juxta text. in Auth. de *Tabellion. §. fin.* & in leg. 39. tit. 19. part. 3. & in leg. 27. tit. 8. lib. 1. Fori, & in leg. 13. & 13. tit. 25. lib. 4. Recop. & ubique gloss. & Didac. Perez in leg. 2. tit. 7. lib. 3. Ordinar. in verbis. *Est sexta alia dubitatio*. Ubi plura de Protocolo cumu-

lat. Et Avil. ubi supr. cap. 36. n. 1. & fin. Et quid sit Protocolum probat text. in l. 8. tit. 19. part. 3. Et tradit Covarr. in Prædictis Quæst. cap. 19. n. 1. cum duobus sequentibus. (p) Secundum Navar. ubi supr. cap. 25. n. 32.

(q) In Prædictis Quæstionibus, cap. 21. n. 1. Quidquid alii contradicant, & contrarium teneat Avend. in responso. 38. n. 1.

(r) In Prædictis Quæstionibus in dict. cap. 21. n. 3. & probatur in leg. 4. tit. 8. lib. 1. Fori, & in leg. 55. tit. 18. part. 3. Et ibi Gregor. Lup. in verbo. *Que fin.* Et Guido Papa in decisione 3. n. 2. Et Avil. ubi supr. cap. 19. verb. *Trafade*, 3 n. 1.

(s) In cap. *Relatum* n. 11. de *Testament.* Et Montal. in leg. 5. tit. 8. lib. 1. Fori in princ.

(t) Lib. 2. Variarum, cap. 13. n. 70.

(u) Argum. text. in leg. fin. Cod. de *Probation.* Vide Jul. Clar. lib. 5. Sen. §. *Falsum*. n. 15. & in §. fin. quæst. 53. n. 17.

(v) Ubi supr. in dict. cap. 13. num. 10.

(x) Ut resolvit Covar. in dict. cap. 13. n. 11. & 12. Et Montal. in leg. 18. tit. 8. lib. 1. Fori, in Gloss. Magna in fin. verbis. *An autem sit credendum testi*.

(y) Ubi supr. in cap. 27. n. 19.

à pluribus ultra ea, quæ suæ creationis tempore jure jurando promississent: nam debent omnino abstinere à prohibitis in l. 1. & 2. 8. & 14. tit. 35. lib. 4. Recopil. & in l. 11. & 12. tit. 1. lib. 4. Recopil. & in l. 2. tit. 8. lib. 1. Recopil. & in l. 31. tit. 16. lib. 2. Recopil. & in l. 26. tit. 8. lib. 2. Recopil. & in l. 13. tit. 9. lib. 3. Recopil. & in l. 30. tit. 6. lib. 3. Recopil. & in l. 34. tit. 18. lib. 6. Recopil. & in l. 6. tit. 2. lib. 7. Recopil. & in l. 20. tit. 3. lib. 7. Recopil. & in l. 8. tit. 9. Part. 2. & in leg. 23. tit. 11. Part. 3. (a) 38. Nec lis intentari poterit coram Tabellione, qui sit frater, vel patruelis ipsius actoris. (b) 39. Et Tabellio præcipue observare debet, ut fides servet, neque aliquod instrumentum falsum conscribat, vel acta cause falsæ, alioquin puniendus erit modo, & poena tradita in l. fin. tit. 19. Part. 3. & resolvit Avendanius. (c) 40. Ex cujus resolutione deducitur eum, qui nunquam fuit Tabellio, vel quondam fuit, sed jam privatus, signantem aliquod instrumentum, tanquam Tabellionem, morte aficiendum esse. 41. Quo fit, quòd is, qui usque fuerit Tabellionatus officio quasi prater formam traditam in leg. 1. & 2. tit. 25. lib. 4. Recopil. eadem poena mortis puniendus erit, tanquam fallarius, siquidem pro tali reputatur eidem legibus: neque aliquo tempore dicendum est, Tabellionem extitisse absque forma ibi tradita creatum, quòd maxime adnotandum est ad prædictas leges Regias.

42. Advertit insuper, quòd si Tabellio sit parti suspectus, ab eodem recusari poterit, non ut omnino removeatur, sed ut alius adjunctus sibi detur, ut fit in Judice Ordinario, (d) quamvis de *Jure Communi* in totum

recusatur. (e) 43. Et præstito juramento à recusante de tali suspitione, absque alicujus causæ cognitione, seu ejus expressione alius Tabellio eidem adjungitur, ut ambo subscribant, signent, & in causa procedant: 44. & quidquid absque adjuncto per recusatam fuerit gestum, aut actum nullus erit momenti. (f) 45. Et cum Tabelliones tot jurare teneantur, totque observare, necessum erit, eos jurisperitia pollere, ne aliàs ejus ignari conscribant instrumentum alicujus contractus reprobatum, vel id minus perite consanciant, vel circa judicialia acta, & justum ordinem processus inordinatè, & minus bene se gerant: Non tamen requiritur, quòd sint Doctores nec totius jurisperiti: sed fat erit quòd sint instructi circa Notariatus artem, & notas, & formas consuetas, & clausulas solitas apponi, & quòd intelligant illicitos, & reprobos contractus, quòd intelligere poterunt, si relegerint notas Rochi de Orta, & Manterrosi, & similium. (g)

Et adverte denique, quòd omnia supradicta, in ista Annotatione adducta deservunt præcipue tribus Tabellionum speciebus. (h) tamen etiam aliis Scribes, seu Secretariis Regijs, aut Regii Consilii, aut Cancellarie conducunt, ultra alia decreta, & statuta in tit. 18. usque ad tit. 22. lib. 4. Recopil. & in l. 7. & 8. tit. 9. Part. 2. ubi tangunt alios Tabelliones, & Regios Scribes, & eorum diversæ species congenerunt.

Quamobrem finem huc Annotationis imponere decrevi: fat enim fuit, pettractasse ea, quæ ut in plurimum contingere possunt, præ juvenum instructione, alioquin hæc materia integrum tractatum requireret.

(a) Et tradit Avend. de Mandatis exequendis, 1. part. cap. 2. n. 5.

(b) Juxta text. in leg. 19. tit. 5. lib. 2. Recop. & in leg. 7. tit. 25. lib. 4. Recop.

(c) De Mandatis exequendis, 2. part. cap. 30. n. 1.

(d) Ex leg. *Aperissimis*, Cod. de *Judic.*

(e) Secundum Plateam in leg. *Nulli* in fin. Cod. de *Numer. & annual.* lib. 12.

(f) Secundum Avil. ubi supr. cap. 35. verbis. *Quætas*, n. 4. cum sequentibus. Avend. ubi supr. in cap. *Prætorum*, 2. part. cap. 23. n. 13. Et late in hac materia Tabellionis recusari per eundem Avend. in cap. *Prætorum*, 2. part. capit. 15. n. 4. 5. & 6. Ubi resolvit, quis debeat solvere sa-

larium Tabellioni adjuncto, & quòd Tabellio recusari poterit fat quæ præ gloss. in Authent. de *Triente*, & *Semis*, §. *Et satis probè*, verb. *Artifices*, collat. 7. Quam ad hoc notat Bald. cap. *Quam contra falsum*, n. 25. de *Prob. leg. 11.* tit. 27. lib. 4. Recop. ubi *Por assentat lavenacion.*

(g) Secundum Greg. Lup. per text. ibi in leg. 2. tit. 25. part. 3. in verbo. *De la Arre de Escrivania.* Et Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 36. verb. *Organados*, n. 6. Et Avend. in declaratione ad leg. 4. & 5. tit. de *Las excepciones*, lib. 3. Ordinar. n. 21. fol. 142. col. 2. Ubi advertit, quia poena puniri debeat Tabellio etiam in publico instrumento consanciendo.

(h) De quibus per Avend. in responso. 38.